

81 175  

---

37

R. 64

---


5/16




1771  
EPC  
1005



1867年8月



omissis, quæ (modò hæc vobis pla-  
amus) propediem in vestram gra-  
nda curabimus. Interim verò hæc  
ue sint, summo certè studio ac pari  
nobis elaborata, vobis examinanda  
Nam suo quemque artificem opere  
lectari, dixit Arist. non aliter quàm  
progenitis. est enim artificis opus  
m ingenii fætus: de quo Socrates  
dicare obstetricem quàm matrem.  
mem itaque hanc nostram faturã  
mi candido ac beneuolo excipite  
vestris exactissimis iudicijs, veluti  
ulos lambendo, paulatim figu-  
ita enim fiet, vt parentum  
loco vos ipsa suscipiat  
& amet.



HISPALENSIVM  
PHARMACO-  
POLIORVM,  
Recognitio.

à D. Simone è Touar Hispalensi  
Medico auspicata.

\*\*\*



CVM PRIVILEGIO.

HISPALI,

Ex Officina Andreae Pescionis  
& Ioannis Leonis.

1587.



HISTORICAL

Omnia sunt in manu Dei

et non est qui possit resistere illi

1. Cor. 13: 11

Et non est qui possit resistere illi

1. Cor. 13: 11



EVANGELIUM

HISTORIA

1. Cor. 13: 11

1. Cor. 13: 11

## EL REY.

**P**OR quãto por parte de vos el Doctor Simõ de Touar medico dela ciudad de Sevilla, nos fue fecha relacion di ziẽdo, q̃ vos aviades cõpuesto dos libros, el vno intitulado, de Cõpositorũ medicamẽtorũ examine: el otro, Hispalẽsiu Pharmacopoliorũ recognitio, en los quales auia des puesto grãde cuydado y trabajo, y por ser de mucha vtilidad nos suplicastes los mandassemos ver, y daros licencia y privilegio para que los pudiesedes hazer imprimir por tiempo de veinte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en los dichos libros se hizo la diligencia que la Pregmatica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuvimos lo por bien. Por lo qual vos damos licẽcia y facultad para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que para ello vuestro poder oviere y no otra persona alguna, podais imprimir y vender los dichos libros que de suso se haze mencion. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impresor destos nuestros reynos que vos nombraredes para que por esta vez los pueda imprimir, con que despues de impresos, antes que se vendan los traigais al nuestro consejo juntamente con los originales que en el fueron vistos, que van rubricadas cada plana, y firmado al fin dellos de Lucas de Camargo nuestro escriuano de camara, y vno de los que en nuestro consejo residen, para que se vean si las dichas impresiones eitan conforme a ellos, o se traiga fe en publica forma, en como por Corretor por nos nombrado, se vieron y corrigieron las dichas impresiones por los dichos originales, y se imprimieron conforme a ellos, y que quedan ansi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que ansi fueron impresos, y se os tasse el precio que por cada volumen ovieredes de vender.

der, y mandamos que durante el dicho termino persona alguna sin vuestra licencia no los pueda imprimir ni vender, so pena que el que los imprimiere, o vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes y aparejos que dellos tuvieran, y mas incurran en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hizieren, la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente e Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos los Corregidores, Afsistente Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes e justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares delos nuestros Reinos y señorios: ansi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos, y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella contenido no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna: so pena de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid a veinte y quatro dias del mes de Abril, de mil y quinientos y ochenta y seis años.

**Y O E L R E Y.**

**Por mandado de su Magestad**

**Iuan Vazquez**

ILLVSTRISSIMO D. IOANNI  
Mendocæ & Guzmano, Comiti Orgazensi, & domus  
mendiuil & Mendocæ domino, Pharma-  
copoliorum Hispalensium  
recognitores. S.



VLTA SVNT ILLVS-  
trissime Comes, atq; huius vrbis  
moderator integerrime, obquæ  
ciues Hispalenses, de quibus tan-  
topere bene mereris, nunquam  
satis laudatam sibi existimant  
summam qua fruuntur felicitatem, ab eo tē-  
pore, quo huius reip. clavum bonis auspiciis tra-  
ctare cœpisti. Neq; id sanè immeritò. Tertius e-  
nim agebatur annus, ex quo dira lues miserè va-  
stabat vrbem, cum ipsi affulsit tuus felix aduen-  
tus, quo, veluti sole tenebræ, non modò pestis fu-  
gata, sed etiam quodcunq; morbi genus depul-  
sum prorsus esse videtur. Quod haud magno-  
perè mirandum censebitur, si assiduam tuam di-  
ligentiam contemplemur: qua scortatores, alca-  
tores, ac cæteros flagitiosos homines, quibus  
hæc ciuitas perpetuò scater, diu noctuq; viriliter  
insectari non cessas. cum huiusmodi vitiorum  
debitas pænas populus plærūq; luere soleat. Cui

etiam curæ opportunam profectò operâ adiun-  
xisti in viarum publicarum instauratione mun-  
dicicq; imperanda. Quæ haud mediocrem utili-  
tatem ad populorum sanitatem afferre nemo  
non novit. sed in eo maximè resp. Hispalensis  
debitas tibi persolvere gratias nunquam pote-  
rit, quòd cum maxima esset annonæ pænuria  
(qua nulla pesti efficacior causa esse solet) neq;  
vndè frumentum asportádum foret quisquam  
excogitaret (totius nimirum ferè Hispaniæ re-  
gionibus sterilitate pariter laborantibus) tu v-  
nus solertia atq; providentia summa præstitisti,  
vt multis antè etiam fertilissimis annis non ma-  
ior copia panis publicè venalis visa palam præ-  
dicetur. sed quid in his recénsendis immoramur,  
quæ et si perfectæ causæ esse possint salutis in-  
credibilis qua fruimur, casui tamè magis tribue-  
re quàm tibi acceptam refferre invidia conabi-  
tur. Verum eas quas nullus quãvis morosus no-  
bis inficiari audebit, maximi ad publicam salu-  
tem tuendam momenti fuisse, narrare aggredi-  
mur. Inoleverat sanè in hac vrbe perniciosus et  
capitali pæna dignus abusus emendi apud aro-  
matopolas radices, herbas, & quæcunq; alia ad  
medicos vsus opportuna. quorum fermè om-  
nium venditores ipsi neq; notitiam vllam ha-  
bebant, neque asservationis artem callebant.

Ex

Ex istis tabernis non solum turba cætera, verum etiam Pharmacopœi plerique quibus indigerent emendicabant: gens ignara, quæ sæpè pro optata salute, mortis causam proprio ære emptam reportaret. Quod malum neque à pharmacopolis, neque à nostris medicis unquam averti impediri ve potuit. quippe quum illorum pauci sint quibus herbarum indagatio & cognitio curæ fuerit, satis esse putantibus ab aromatopolis quicquid sibi deesset comparare. Horum verò perpauci qui herbarum notitia vel minima præditi essent: immò nonnulli etiam ex his fuere celebres alii viri, qui probro ducerent si quis herbarum peritia valeret: & plenis buccis iactarent, se ne lactucas quidem & radices, quibus quotidie vesci consueverant, unde quaque dignoscere. Tu verò singulari ista providentia Illustrissime Comes tanto malo egregiâ profectò opem tulisti, expertissimo botanagnofta aliudè publica mercede adducto, qui veras plantas à falsis distinctas suisque temporibus collectas, accurateque servatas, plebi & Pharmacopolis ad usum suppeditaret. Facta insuper libera vendendi copia illis dumtaxat, quorum herbarum cognitione facultas explorata constaret: in aromatarios verò omnes tanti mali autores

pana statuta pecuniæ & herbarum combustio-  
nis si eas post hac venditare auderent. Quo fa-  
ctum est, vt reiectis falsis & adulterinis, veris ac  
legitimis herbis vtantur omnes: & multi ex me-  
dicis ac Pharmacopœis herbarum cognitioni  
sedulam cæperint nauare operam. Vnde spera-  
mus fore, vt plantarum noticia apud exteras na-  
tiones & viros doctos maximo iure expetita et  
celebrata, à nostris verò Hispalensibus hucusq;  
neglecta, tuis auspiciis integretur: & magna æ-  
grotantium vtilitate permultæ insignes herbæ  
in medicos vsus reuocentur. Tandem vt verum  
patris patriæ nomen, & publicæ salutis procura-  
toris adipiscereres, simplicibus medicamentis  
ita ritè dispositis, ad compositorum examen  
animum appulisti. in quorum compositione  
incredibilis est Pharmacopœorum in hac fre-  
quenti civitate varietas aut potius cōfusio, alio  
hanc descriptionem, alio aliam sequente, illo  
his succedaneis, alio illis vtente: circa cōfingen-  
di autem modos, nullis ferè idem sentientibus.  
vndè irreparabile damnum miseris ægrotanti-  
bus oriri, non est qui nesciat: medico, nempè,  
hoc aut illud ex arte præscribēte, sed, prout fors  
in hunc aut illum Pharmacopolam deduxerit,  
salubre aut exitiale Pharmacum propinante.  
Vt autem hæc ad trutinam redigerentur, vtq;  
statuta

statuta lege vnus esset omnium Pharmacopœo-  
rum consensus : ex multis aliis per doctis medi-  
cis, quibus hæc ciuitas abundat, nos ad hoc mu-  
nus elegisti, ac inuitos sanè, arduam hanc & no-  
stris humeris imparem provintiam subire com-  
pulisti. Quum itaq; pensum nobis impositum  
ea qua potuimus diligentia & studio absolu-  
tum reddere curauerimus : nostros hosce cona-  
tus hilari fronte Illustrissime Comes accipe :  
qui si à nostris Pharmacopœis tuo imperato re-  
cipiatur, vt animadversionibus quas eis propo-  
nimus auscultare velint, neq; secus quàm in illis  
præscriptũ repererint faciant : tantum inde cõ-  
sequuturũ fructum speramus, vt minimè dubi-  
tãdum cẽseamus, quin Hispalis perpetua me-  
moria, vt bonorum aliorum multo-  
rum, ita propriæ salutis re-  
colat ac veneretur  
auctorem.

(§)

§ Doctissi-



DOCTISSIMIS HISPALENSIBUS Medicis. D. Simon è Touar.

\* \* \*



VIDISTIS INSIGNES ac peritissimi viri molestā & impeditam occupationem, quam hisce diebus Illustrissimus Comes Doctissimo ac clarissimo Doctore Francisco Sanchez ab Oropesa, & mihi in Pharmacopoliōrū recognitione imposuit: nec vos præterit quantum laboris & molestiarum subeat, qui reluctantes corrigere studeat: quamq; semper fuerit difficilis instaurationis labor, præsertim dum de rebus controversis agitur, quarum adhuc (vt aiunt) subiudice lis est. laudat enim quivis quē sibi proposuit auctore, & vix reperitur qui alterius iudicio velit cedere. Vnde tanta inter Pharmacopœos discordia confusioque orta est, vt nullus sit tam absurdus error quin defensorem nanciscatur. Anaxagoram refert<sup>a</sup> Galenus dixisse nivem non esse candidam, atq; ita qui sensum negare velit, id ipsum asseverans, habet & sui iam erroris auctore. Sic nostris temporibus tanta fuit intradendis Pharmacopœis scribendi licentia, vt non facile culpari quivis possit quin pari

<sup>a</sup>  
Lib. 2. de Temper.  
cap. 2.

pari fortassis patronorum numero culpam vel  
effugere vel declinare valeat. Totam igitur hanc  
opinionum<sup>m</sup> divisionem in vnum redigere cu-  
pientes: vtque idē vt par est sentiamus omnes,  
neruis omnibus contendentes: ea qua potui-  
mus industria, totam hanc rudem indigestamq;  
molem, in tria deducimus præcipua capita: vi-  
delicet, vt eadem sit omnibus compositorum  
medicamentorum descriptio, eorundem succe-  
daneorum vsus, idemque confingendi medica-  
menta modus. quorum defectu, quantum ha-  
ctenus laboratum sit existimare in promptu vo-  
bis fuerit. In assignandis compositorum medi-  
camentorum descriptionibus, & succedaneis  
substituendis sequuti sumus probatissimorū au-  
ctorum iudicia, nostra haud omninò negligentes:  
non immemores eorum quæ nobis<sup>a</sup> Hippo-  
crates præscripta reliquit: qui magnam artis par-  
tem arbitrabatur esse rectè posse de ijs quæ scri-  
pta sunt iudicare. Eum namque qui his benè  
notis rectè vtatur, non magnopere in arte falli  
posse affirmabat. in varijs verò confingendi me-  
dicamenta modis, non auctoribus aut ratiōni-  
bus prius acquieuius, quàm experimēto com-  
probauimus quid pro lege statuendum esset: pe-  
riculo semper nobis præsentibus facto. In qui-  
bus omnibus cum eruditissimū mihiq; am-  
cissi-



<sup>a</sup>  
In principio lib. de  
dieb. iudic. & li. 3.  
epid. tex. ultimo.



cissimum collegā studiorum ac laboris habue-  
rim socium, nihilque hīc præter illius consiliū  
atque iudicium scripserim: vobis scē, quibus  
eximia viri doctrina & acerrimum ingenium  
adeò comperta sunt, scripta hæc nostra proba-  
tum iri polliceri mihi ipse audeo. Quamquam  
ille pro sua singulari modestia nomen suum in  
his indicari noluerit. neque verò institutū nunc  
nostrum est absolutam Hispali Pharmacopœ-  
iam, quales multi viri docti suis vrbibus tradi-  
derunt, de integro componere: neque etiā me-  
dicamentorum omnium compositiones quæ  
in nostris officinis parari solent ad examen hīc  
reuocare: nisi eas dumtaxat in quibus Pharma-  
copœos nostros ab arte ipsa vel auctorum etiā  
mente deuiasse deprehendimus: magnam præ-  
terea illorum in ipsis compositionibus confu-  
sionem in ordinem ac methodum certam ve-  
stra opera redigere. ibi enim salutem diuina sa-  
pientia esse confirmat, vbi multorum consilia:  
iudiciaq; multorum sæpè meliora esse quàm v-  
niuscuiusq; testatur<sup>a</sup> Aristoteles. Breuiter au-  
tem omnia percurrentes, quæ pro tempore op-  
portuna vtiliaq; maximè esse visa sunt tantum  
annotamus: in ijs solum immorantes, quibus  
longiori demonstratione expositione ve opus  
esse arbitraremur. multis quidem alijs non mi-  
nus

a.  
Lib. 3. Polytic.  
cap. 11.

nus vtilibus omiſſis, quæ (modò hæc vobis placere intelligamus) propediem in veſtram gratiam evulganda curabimus. Interim verò hæc qualiacunq̃ ſint, ſummo certè ſtudio ac pari induſtria à nobis elaborata, vobis examinanda tradimus. Nam ſuo quemq̃ artificem opere impenſè delectari, dixit Ariſt. non aliter quàm rebus ex ſeſe progenitis. eſt enim artificis opus quaſi quidam ingenii fætus: de quo Socrates ait, rectius iudicare obſtetricem quàm matrem ipſam. Informem itaque hanc noſtram fæturá viri doctiſſimi candido ac beneuolo excipite animo: & veſtris exactiſſimis iudicijs, veluti vrsa catulos lambendo, paulatim figurate. ita enim fiet, vt parentum loco vos ipſa ſuſcipiat & amet.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by noise and low contrast.



17



# LIBER PRIMVS

## DE PONDERVM AB ANTIQVIS

medicis vsitatorum restitutione, ac eorum  
quibus Pharmacopolæ ac præsertim  
Hispani vtuntur emen-  
datione.

Ad studiosum lectorem.

PRAEFATIO.



### X. COMPLVRIBVS

qui nonnunquam simul curãdi occur-  
runt affectibus, qui nam potissimam  
ac primam curam operãq; postulet ar-  
tificiosa medendi methodus dispicere  
nos docet. siquidem nullo præcipuè urgente, nec cause  
rationem habente, <sup>a</sup> ab eo sine quo alij curari non pote-  
runt incipiendam curationẽ monet. Multi autem sunt  
morbi quibus Pharmacopolia nostra laborare depreheu-  
duntur: sed longè omnium grauissimus, veterrimus, &  
sine quo alij curari non possunt, est intolerabilis error  
circa pondera quibus nostri vtuntur Pharmacopœi, vt  
itaq;

Ex Gal. lib. 3. Meib.  
cap. 9.

itaque tanto vitio subveniamus, de ipsis ponderibus sedulo ac serio agere, & quicquid circa ea nobis visum est adnotatione dignum hic afferre opportunissimum esse censebam. id verò duobus complexi sumus capitibus. in primo de ponderum & mensurarum ab antiquis medicis veneratorum restitutione agimus, & quomodo antiquæ Romanorum mensuræ vsui medico maxime deseruientes facile & ad amissim fabricari possint. In altero verò Hispanorum ac Romanorum ponderum differentiã docemus: Hispanorumq; Pharmacopolarum abusum & errorem in suis ponderibus, & quemadmodum ea emendari oporteat, ostendimus. Quòd verò hic mathematicis nonnullis demonstrationibus vsus sim, licet illis exactissimè ponderum ac mensurarum rationes exponantur & vsus aperiantur, verè quidem cū<sup>a</sup> Galeno assere rare possim minimè lubenter id fecisse. Siquidem perinde ac ille timere debeam, ne medicorum pars multa ob eiusmodi demonstrationes nostra scripta auersetur. Quippe cum æquè ac ille suo æuo, in nostra quoq; ætate expertus sim paucissimos ex medicis esse qui alterius quem in alijs à medicina disciplinis versatum esse cognouerint consuetudine delectentur.

\*\*\*

## EXAMEN VERAE ATQVE

*exactæ proportionis ponderum Hispanicorum  
ad pondera quibus olim Romani utebantur.*

*Et modus quo antiquæ Romanorum  
mensuræ facile fabricari &  
instaurari possint.*

Cap. I.



AMPHORA APVD

Romanos tantūdem capiebat,  
quantum vas cubica figura fa-  
ctum, cuius capacitas in longū  
latum & altum pede Romano  
constaret: nimirum, vas quoddam quadratum  
sex quadratis superficiebus constans. quod  
exquinque tabulis quadratis fieret, quarum sin-  
gulæ in interiori superficie vnicum Romanum  
pedem quadratum æquarēt. Cuiusmodi vas o-  
lim Romani ipsi quadrantal appellabant, for-  
ma tantum ab amphora diuersum, quum alio-  
qui vtriusq; eadem esset capacitas. Veram au-  
tem pedis Romani longitudinem posteritatis  
memoriæ tradidit insignis vir Ioannes Agrico-  
la in suo doctissimo de ponderibus ac mensu-  
ris opere: quam adhuc extare asserit Romæ in

A hortis



hortis Angeli Colocij ac alijs in locis. Est que eadem quam alij etiam docti ac antiquitatum studiosi viri in nonnullis Romanorum ædificiorum columnis repertam secum seruât. Qualem nobis cômunicauit egregius, ac doctissimus Doctor Lucianus è Negrõ in alma huius Hispalensis ciuitatis ecclesia canonicus. cuius nos dimidium hîc ad marginem appinximus, octo interfectum diuisionibus, quibus digiti ipsius pedis Romani indicantur. Siquidem totus pes in sexdecim digitos distribuitur. Nos autem huiusce pedis Romani longitudinis ad miniculo veram ponderum Romanorum ad nostra pondera rationem in eum qui sequitur modũ examinauimus. Cum amphora seu quadratal apud Romanos octo congios caperet: ex geometrica doctrina colligimus, dimidio pedis Romani in cubum reducto, fieri vas eiusdem cum cõgio capacitatis. vt enim ex Euclidis doctrina constat: similia omnia solida parallelepipeda inter se sunt in triplicata ratione homologorum laterum. vndè cubi ad cubum proportio erit, sicut lateris vnus ad latus alterius proportio triplicata. triplicatam autem rationem seu proportionem eam dicunt mathematici, quæ fit ex aliquo numero cubicè in se ducto. Quoniã

ita-

itaq; ratio quadrantalis ad congium est vt octo ad vnum, ratio quidem lateris quadrantalis ad latus congi erit vt radix cubica octo ad radicē cubicam vnius. sed radix cubica octo est duo, & radix cubica vnius est similiter vnum. igitur ratio lateris quadrantalis ad latus congi erit vt duo ad vnum. Quo circa quum latus quadrantalis pede constet Romano, latus congi dimidio pede Romano constabit. quippe quum ratio vnius ad dimidium sit veluti duorum ad vnū. Atque iuxta hanc rationem nos ipsum congiū compingi curauimus exquinq; ligneis tabulis exactissimè dolatis ac exquisitissimè cōpactis, quarū singulæ in interna ipsius vasis superficie dimidium pedem Romanum quadratum obtinerent. Hunc autē nobis ad ~~amulum~~ cōcinnavit Peregna frater ex societate Iesu, fabrilis antea artis ad primè compos. Porrò hoc ita paratum vas oleo optimo primo impleuimus: moxq; sublato oleo, ipsum vas cum ea tantum olei portione quam tabellæ ipsæ cōbiberant, in altera exquisitissimæ libræ lance imponentes: in altera verò lance tātūdem ponderis opponētes. quoad in æquilibrio vtraq; lanx permaneret, neutraq; præponderaret: pondus ipsius vasis vacui percepimus. Quod Hispani

HISPAL. PHARM. RECOG.

usitato vocabulo taram, siue ataram, dicunt. Deinde ipsum vas oleo rursus exactissimè plenum in altera libræ præfatæ lãce imposuimus: in altera verò lance ipsius vasis vacui taram seruata substituentes, tantum ei minutissimæ arenæ addidimus quantũ vtriusque lancis æquilibrium exigere conspeximus. Quibus ad amissim peractis, semoto ipso olei pleno vase ab altera lance, ex altera verò similiter ipsius vacui vasis sublata quam diximus tara: reliqua nobis dumtaxat fuit ea arenæ moles quæ olei pondus quod ipsum vas continebat æquaret: nempe, olei pōdus quod olim apud Romanos cōgium capiebat. Quoniam verò congius apud Romanos duodecim heminas cōtinebat: hemina autem apud eosdem (vt latissimè ostendit Agricola) ex decem vncijs mensuralibus constabat, atq; ita congius ipse centum viginti vncias mensurales capiebat: consequitur arenæ illam in lãce relictæ molem æquaturam id olei pondus quod olim apud Romanos mensurabant centum viginti vnciæ, seu libræ decem mēsurales. Siquidem singulæ libræ tam mensurales quàm pōderales ex duodecim vncijs apud Romanos constiterent. Sed ex<sup>a</sup> Galeni obseruationibus habemus notã in oleo proportionẽ pōderis libræ mensu-

<sup>a</sup>  
Lib. de comp. mez-  
dic. per gen. 5, c. 6.  
et lib. 6, c. 8.

mensuralis Romanorum ad eorundem libram ponderalem: nempe, sesquiquintam, qualis est duodecim ad decem, seu sex ad quinque. Igitur arena illa nobis in lance relicta pendet centum uncias libræ ponderalis Romanorum: videlicet, libras ponderales octo, & uncias quatuor, seu trientem. quippe centum viginti ad centum se habent in sesquiquinta proportione. Atqui antequàm hanc arenæ molem nostris Hispanicis ponderibus examinarem, eam in duas partes pondere æquali in ipsis libræ lancibus exactissimè diuisimus: vt in alterutra libræ lance dimidia eius arenæ moles relicta quinquaginta Romanorum uncias ponderales penderet. & rursus abiecto altero eius dimidio, dimidium reliquum iterum in alias duas ponderis æqualis portiones in ipsis libræ lancibus similiter partiti sumus. Atque ita nobis in alterutra libræ lance relicta fuit arenæ moles quæ ponderales Romanorum uncias viginti quinque penderet. Exinde relicta in altera libræ lance huiusmodi arenæ mole, quæ viginti quinque Romanorum uncias ponderales penderet: in altera lance tot uncias & uncia partes ex Hispanicis ponderibus, in nostro vulgariter dicto marco contentis, apposuimus, quot sat esse conspeximus vt vtraque lanx

Si verū est quod An-  
 dreas Lacuna asserit  
 vnciā vnā Hispanicā  
 cōtinere Romanā nos-  
 tri tēporibus vnciā  
 vnā et scripturū vnū:  
 maior sanē fuit olim  
 Romana vncia, quā  
 est hodiē apud Roma-  
 nos in vsu gravis duo-  
 de viginti cū duabus  
 vndecimis vnius gra-  
 ui. Udē ex arithmetica  
 ratione cōstabit gra-  
 uiora fuisse olim apud  
 Romanos pōdera quā  
 nunc sint trigesima  
 prima ferē parte, nē-  
 pē, vnciæ 31. Romano  
 rū antiquæ pēderent  
 Romanorū nostri tē-  
 poris vncias 32. ferē,  
 vel precisius 31.  $\frac{141}{144}$   
 cētū aut Romanorū  
 antiquæ vnciæ pēde-  
 rēt ex ijs quibus Ro-  
 mani nūc vtūtur, 103  
 $\frac{51}{128}$  quod vulgō dici  
 solet, 3.  $\frac{11}{128}$  por ciē-  
 to. Nos tū eiusmodi  
 Lacunæ obseruationi-  
 bus parū quidē fidei  
 adhibemus ob eius ari-  
 thmetice imperitiā.  
 Quā ille satis aperte  
 prodidit cū indē Vene-  
 tū vnciā sesquidrach-

ad æqui librium redigeretur, neq; vna aiteri pro-  
 penderet. Atque hoc pacto cōperimus viginti  
 quinq; Romanorum ponderales vncias pende-  
 re ex nostri Hispanici marci ponderibus vncias  
 viginti quatuor cum sex vnciæ octauis. Quibus  
 quadruplatis, fient vnciæ nonaginta nouem.  
 Atq; ita reperta fuit exquisitissima ratio ponde-  
 rum Romanorū ad nostra Hispanica pondera.  
 Siquidē oleum quod olim apud Romanos pen-  
 debat centum vncias eorundem ponderales  
 (quantum nimirū vnus eorum congius conti-  
 nebat) repertum est à nobis ex præmissis obser-  
 uationibus pōderare nonaginta nouem vncias  
 ex nostro Hispanico marco. Atq; ita pondera  
 nostra differre à pōderibus quibus olim Roma-  
 ni vtēbātur, cētēsimā ferē parte: quod Hispano-  
 rū vulgō dici solet vno por ciēto. Dicimus autē  
 ferē, quoniā re vera per centesimā partem dif-  
 ferrēt si centum vnciæ nostri Hispanici marci  
 ponderarent centum & vnā vncias Romano-  
 rum ponderū. Quoniā verò nonaginta nouem  
 vnciæ nostri Hispanici marci pendent centum  
 vncias Romanorum ponderum: sanē si ex-  
 actam huius proportionis præcisionem requi-  
 ras, reperies se habere pondera nostra ad Ro-  
 manorum pondera in ratione sesquingenti-  
 gesi-

gessima nona : hoc est, Romanorum pondera  
 superari à nostris ponderibus per vnam nona-  
 gessimam nonam partem ipsorum Romano-  
 rum ponderum. Siquidè moles illa arenæ præ-  
 fata pendens vncias nostrates nonaginta no-  
 uem, ponderabat ex Romanorum ponderibus  
 vncias centum : nempe: totidem vncias Roma-  
 norum ponderales, & præterea vnciam eorun-  
 dem vnam, quæ est nonagesima nona pars vn-  
 ciarum nonaginta nouem. Atq; hoc proportio-  
 nis genus appellare solet Hispanorum vulgus,  
 vno y vn nouenta y nueue auos por ciento, vel  
 (quod idem est)  $\frac{100}{99}$  por 100. Hanc autem ean-  
 dem rationè nos quoq; examinare possemus, si  
 arenæ molem, quæ oleo in congio contento  
 æqui ponderabat, ac proindè ~~centum~~ Roma-  
 norum vncias pendebat, citra illam arenæ in  
 quatuor partes distributionem cum nostris  
 Hispanicis ponderibus per stateram ponderan-  
 tes, eius pondus in nostro Hispanico marco  
 perciperemus. Quoniam verò exactiora & ma-  
 gis præcisa redduntur pondera, quo minora  
 sunt : iccirco integram illam centum pondera-  
 lium Romanorum vnciarum molem cum no-  
 stris Hispanicis ponderibus cõferre nolimus,  
 sed potius quartam eius partem.

*ma minorè esse quàm  
 Romanam colligat q  
 medicinalem librã Ve  
 netam pendere obser-  
 uauerit Romanæ lib-  
 bræ vncias decẽ cū di-  
 midia. Cū potius ex æ-  
 rihmetica ratione in-  
 de consequatur vnciã  
 vnã venetã drachmas  
 septem Romanæ vnci-  
 e pendere.*

Porrò

Porro eadem mathematica doctrina, qua cōgium ex lateris eius proportione ad amphoræ seu quadrantalis latus construere docuimus, nota similiter reddetur minima illa antiquorum mensura, quæ cochlear parvum dicebatur. sic videlicet: Quum amphora contineat octo congios, & congius sextarios sex, sextarius autem duodecim cyathos, quorum singuli continebāt viginti quatuor cochlearia parva, iuxta ponderum distributionem à Fannio consideratam: manifestum est amphorâ apud Romanos continuisse eiusmodi<sup>a</sup> cochlearia 13824. Quumque eadem demonstratione quam antea ex Euclidis elementis attulimus, ratio amphoræ ad cochlear sit triplicata suorum laterum: proportio quædam lateris amphoræ ad latus cochlearis parvi, erit vt radicis cubicæ numeri 13824. ad radicem cubicam unius. quippe quum amphora se habeat ad cochlear, vt numerus 13824. ad vnum. Sed radix cubica 13824. est viginti quatuor, & radix cubica unius est vnum. ergo latus amphoræ ad latus cochlearis se habebit vt viginti quatuor ad vnum. Quo circa cochlearis latus erit vigesima quarta pars lateris amphoræ. Similiter autem reperietur latus cochlearis parvi esse duodecima pars dimetiētis cōgij.

Quo-

Intelligimus hinc cochlearia illa parva, quorum viginti quatuor cōstituunt iuxta Fānij sententiam cyathū. alioquin enī quarta cyathi pars (vt diligētissimus aduertit Agricola) à Romanis dicebatur cochlear, & alio nomine ligula: quæ à Fannio ac alijs dicebatur Mystrum minus.

Quoniam congius continet in se cochlearia  
 1728. cuius radix cubica est duodecim. Si ita-  
 q̄; assumatur vigesima quarta pars longitudinis  
 pedis Romani (quanta est longitudo lateris am-  
 phoræ, vel (quod idem est) duodecima pars e-  
 ius dimidij (quanta est longitudo lateris con-  
 gij) & in quadratum redigatur, atq̄; , eo modo  
 quo incongio tradidimus, vas quoddam cubi-  
 cum construatur, cuius singulæ exquinq̄; inter-  
 nis superficiebus præfato quadrato omninò æ-  
 quentur: profiliet vas eandem obtinens men-  
 suram quam olim apud Romanos habebat co-  
 chlear. Ex eadem quoque mathematica doctri-  
 na construi poterit vas aliud continens octo co-  
 chlearia, quod tertiam quidem cyathi partem  
 continebit. si enim longitudo lateris cochlea-  
 ris dupletur: atq̄; huiusmodi ~~dupla~~ lateris co-  
 chlearis longitudo in quadratum reducatur: vas  
 quidem cubicum, cuius quinq̄; internæ superfi-  
 cies ei quadrato æquales fuerint, continebit o-  
 cto cochlearia. Siquidẽ eius ratio ad ipsum co-  
 chlear erit vt cubus numeri duo (qui est octo)  
 ad cubum vnus, qui similiter est vnum. Demũ  
 iuxta eandem quoque doctrinam, ex congij la-  
 teris notitia construi poterit vas aliud sesquihe-  
 minam continens: ex quo etiam tum hemina

B

ipfa



ipsa tum libra mensuralis Romanorum multo  
 minori negotio cōstrui posset, quàm sine eius-  
 modi vase. Quum enim congius contineat duo  
 decim heminas, continebit quidem octo sesqui  
 heminas. vndè ratio congi ad sesquiheminā,  
 erit vt octo ad vnum. Ac proinde ratio lateris  
 congi ad latus sesquiheminæ, erit vt radicis cu-  
 bicæ octo (quæ est duo) ad radicem cubicam  
 vnius, quæ est vnum. Quo circa si dimidium di-  
 metientis congi quadratur: & ex huiusmodi  
 quadrato vas cubicum, eo modo quo in reli-  
 quis tradidimus, construatur: eiusmodi vas ses-  
 quiheminam æquabit. Quantum autè momē-  
 ti sint omnia vasa à nobis iuxta mathematicam  
 doctrinam reperta, vt ex eorum minoribus re-  
 liqua etiam maiora nota reddantur, facile qui-  
 dem ~~intelliget~~ quisquis ex amphoræ tantum  
 per pedē Romanū repertæ notitia reliqua om-  
 nia minora vasa conficere studuerit. Ipsa enim  
 experientia doctus apertissimè comperiet dif-  
 cillimum, ne impossibile dicam, fore id ipsum  
 assequi. Qui enim quæso liquor in amphora cō-  
 tentus in duas portiones ea qua oportet præci-  
 sione distribui poterit, vt iuxta huius dimidiati  
 liquoris quantitatem vrna conficiatur? Quod si  
 hoc saltè summo assequatur labore, quali præci-  
 sione

sione liquor in vna cōtētus in alias duas æquales partes diuidetur, atq; huiusmodi dimidium in alias rursus duas æquales partes diducetur, vt tandem cōgius euadat? Sed demus iam omnes has difficultates improbo cuiuspiã labore vinci posse, ac exquisitum nobis proferri posse congium. confice iam ôbone, quisquis is fueris, sextarium ex sexta congiij portione: atq; ex huius duodecima distributione cyathum: & demum cochlear paruū ex huius vigesima quarta portione. Nemo fanè cordatus ac nō vanus homo, qui specimen eius rei tentauerit, se id perficere posse affirmare audebit. Quòd si omnia ea quæ nos construere docuimus mensuralia vasa sibi aliquis parata habeat, haud multo ille negotio reliqua quoque conficiet. Id verò nequaquam debita præcisione fieri poterit, si liquores in singulis compertis mensuralibus vasis contentos, in aliquas alijs mensuris correspondentes portiones diuidātur. Quemadmodū alij omnes facere docēt. Sed si minora ex maioribus quærere oporteat, in singulis cōpertonū mensuraliū vasorū contenti vnus alicuius liquoris pondus erit capiendū: atq; ex eius proportione ad pondus ipsius liquoris, quæ proximè minora quātitate vasa capere conueniat, eadē construi poterunt.

runt. Vt si ex sesquihemina costruenda sit hemina, vel libra mensuralis: implebitur ipsa sesquihemina liquore aliquo. Atque huiusmodi liquor in ipsa sesquihemina contentus erit exactè ponderandus. vt si liquor is fuerit oleum, talis quidem liquor pendeat, iuxta olei pondus à nobis in congio obseruatum, duodecim vncias cum tribus vnius vnciæ octauis. deindè duæ eius ponderis tertiæ assumètur, quæ in proposito olei exemplo erunt octo cum vnius vnciæ quarta: & tot vncias ex nostris Hispanicis ponderibus ponderabit (vt ex ipsa arithmetica ratione constat) oleum quod capiet hemina. Vndè si in vas aliquod figulinum, quod aliquantulum plus olei capere possit quàm præfatum olei pondus vnciarum octo cum vnciæ quarta, infundantur ipsæ olei vnciæ octo cum quarta vnciæ parte: & ex eiusdem vasis ore tantum auferatur vt exactè ipsas tantum octo olei vncias ac quartam vnciæ contineat: tale quidem vas erit hemina Romana. Quòd si à præfatis duodecim vncijs ac tribus vnciæ octauis subtrahatur quinta pars, nempe, vnciæ duæ cum  $\frac{1}{40}$  vnius vnciæ, seu (quod idem est) vnciæ duæ & octauæ tres cū quatuor vnius octauæ quintis: relinquentur vnciæ nouem cum nouem vnciæ

vnius

vnus decimis, hoc est, vnciæ decem minus decima vnciæ parte, seu (quod idem est) vnciæ novem octavæ septem cum<sup>a</sup> vna quinta octavæ parte. & tantum ex<sup>b</sup> arithmetica ratione ponderabit ex nostris Hispanicis ponderibus oleū quod capiet libra mensuralis Romanorum. Quo circa ad tanti olei mēsuram redigi facile, eo quo in hemina tradidimus modo, poterit vas aliquod figulinū, ex alia ve simili materia, quod libræ Romanorū mensurali æquabitur. Huiusmodi enim vas duodecim vncias cuiuslibet liquoris continebit earum quibus Romani liquores omnes mensurare solebant. Quod si liquor in huiusmodi vase mensuratus esset oleum, ponderaret ex Galeni observatione vncias ponderales Romanorum decem: Quum tamen ex nostris Hispanicis ponderibus penderet (vt iam aduertimus) tantum vncias novem octavas septem cum vna quinta octavæ parte. Cuius differētiæ causa ea ipsa differētia est quā superius inter Romana pondera ac nostra examinavimus. Quum enim ostensum sit Romanorum pondera à nostris superari ponderibus per nonagesimam nonam ipsorum Romanorum ponderum partem: seu, (quod idem est) per centesimā partem ponderum Hispanico-

<sup>a</sup>  
Est autē quinta octava pars grana quindecim quorū septuaginta quinque constituunt octavam.

<sup>b</sup>  
Cum enim hemina Romanorum cōtineret decē vncias mensurales, sesquihemina quidem constaret ex quindecim mensuralibus vncijs, quarū quinta pars sunt vnciæ tres. unde sublata quinta parte vnciarū quindecim mensuralium ab iisdem quindecim vncijs mensuralibus contentis in sesquihemina, relinquuntur vnciæ duodecim mēsurales, nēpè, libra Romanorū mensuralis.

rum : ex arithmetica ratione constat decē Romanorum vncias ponderales superari à nostris decem ponderalibus vncijs per  $\frac{10}{9}$ , vnciæ ipsius Romanæ, seu (quod idem est) per decimā partem vnciæ vnius Hispanicæ. Ac propterea oleū vel aliud quodcunq; quod ex ponderibus Romanis ponderaret vncias decem, pōderare debere ex nostris Hispanicis ponderibus vncias nouem cum nouem decimis vnciæ partibus. Porro comperta Romanorum libra mensurali, facillimo negotio eorundem vncia mensuralis fabricari poterit. Cum enim vncia sit duodecima pars libræ : & oleum quod capit libra mensuralis Romanorum pendat (vt ostensum est) ex nostri Hispanici marci pōderibus vncias nouem, octauas septem, cum vna quinta octauæ parte, seu granis quindecim quorū septuaginta quinq; octauam complent : sanè oleum quod capiet vncia pendet ex nostris ponderibus octauas sex cum tribus vnius octauæ quintis, videlicet, cum granis 45 exijs quorum 75 constituunt octauam. tanta etenim est duodecima pars vnciarum nouem & octauarum septem cū vna quinta octauæ. Atq; ita si ad tanti olei capacitatem concinnetur vas aliquod, tale quidem vas erit Romanorum vncia mensuralis.

Simi-

Similiter ex heminæ cognitione notus quo-  
 que reddetur cyathus. Quum enim cyathus  
 sit sexta pars heminæ, & oleum quod capit he-  
 mina repertum sit pendere ex nostris ponderi-  
 bus uncias octo cum unciæ unius quarta: sa-  
 nè oleum quod capiet cyathus, pendet ex no-  
 stro marco unciam unam cum octauis tribus,  
 quæ sunt sexta pars unciarum octo & drachma-  
 rum duarum. Vndè si cōcinnetur vas aliquod,  
 quod præcisè contineat oleum pendens ex no-  
 stro Hispanico marco unciam unam cum tri-  
 bus octauis, eiusmodi vas erit antiquorum cya-  
 thus. At enim ex minoribus vasis compertis,  
 multò etiam facilius maiora vasa confici po-  
 terunt. Vt si duplum liquoris quod Fannij ca-  
 pit cochlearium, in vas figulinum vel simi-  
 le infundatur, facillimè, vt in hemina tra-  
 didimus, fiet vas illud quod ab antiquis che-  
 me dicebatur, iuxta Fannij sententiam.  
 quanquam alij aliter eius mensuram definie-  
 rint: si sextuplum cochlearis, fiet Mystrum  
 minus, à medicis magis vsurpatum: quod  
 iuxta Fannium, Nicandri interpretem, &  
 Græcum auctorem de ponderibus & mensu-  
 ris, erat cyathi pars quarta, à Romanisque  
 dicebatur ligula vel cochlear: licet alij paulò  
 maio-

maio rem mensuram huic minori mystro adscribent. Quòd si quadruplũ assumatur eiusmodi mystri, vel triplum eius vasis quod in se octo cochlearia continet à nobis antea mathematica doctrina reperti, cyathus ipse exactissime confici eodem modo poterit quo in precedentibus vasis docuimus. Atq; ex cyatho similiter reliqua maiora vascula ad heminam vsq; confici facillimo negotio poterunt. Porro non modo præfatæ illæ commoditates subsequuntur ex mensuralibus vasis à nobis mathematica doctrina repertis, quibus reliqua omnia antiquorum vasa exactè ac facile confici possent: Sed & in eorum singulis nostra quoque pondera cum antiquorum ponderibus, perinde ac in congio prius exposuimus, examinari poterunt. Immo in tel quihemina quidem & reliquis inferioribus mensuris, facilius id commodiusq; fiet. In quibus nihil opus erit arenam cum oleo ad æquilibrium ponderare, nec ipsa arenæ pondera dimidiare, veluti in congio docuimus, ut eius tandem pondus in minori quantitate maioris præcisionis gratia examinetur: quum harum mensurarum singularum pondera satis ad examè ipsum parva sint, ac præcisissime earum pondera capi possint. Quod ut manifestius reddatur,

datur,

datur, examen ipsum in sesquihemina faciemus. Quum itaq; Romana hemina contineat vncias mensurales decem sesquihemina continebit quindecim ex iisdem mensuralibus vnciis. Et quoniam ex Galeni obseruationibus oleum quod capiebant duodecim vnciæ mensurales Romanorum pendebat decem vncias eorundem ponderales: iuxta eandem proportionem oleū quod capiet sesquihemina, quindecim mensuralibus vncijs constans, pendebit duodecimvncias cum dimidia mensurales ipsorum Romanorū. Quo circa si sesquihemina oleo optimo plena in altera libræ lance imponatur, & in altera eiusdem libræ lance substituaturs ipsius sesquiheminæ vacuæ tara eodem modo sumpta quo antea congij vacui taram percipere docuimus: atque in eandem lancem in qua præfata tara fuerit constituta tot ex nostro Hispanico marco vnciæ vnciarumq; partes impositæ fuerint, quot sat esse animaduertimus, vt ad æquilibrium vtraq; lanx reddatur: manifestum erit quòd si vnciæ illæ & earum partes quas ex nostro Hispanico marco ponderabit oleum quod sesquihemina capiebat, fuerint duodecim cum dimidia, nostra quidem pondera à Romanis nihil omninò variabunt:



Bunt: si in minori extitissent numero, maiora: in maiori verò, minora necessario forent. Re vera tamen iuxta nostram observationem, reperientur vnciæ duodecim cum tribus vnciæ octauis, seu drachmis. Siquidem ratio vnciarum duodecim cum dimidia ad vncias duodecim cum tribus vnciæ octauis est sesquinonagesima nona: qualem comperimus in congi examine esse rationem pòderum nostrorum ad Romanorum pondera. Denique compertis ac instauratis antiquis Romanorum mensuris, communis quidem liquidorum omnium mensura quali antiqui utebantur: nostro ævo officinis desiderata, & à multis doctis medicis iamdiu expetita, in usum reuocari à quolibet posset: ut liquores omnes vnica mensura metirentur, veluti antiquitus fieri solebat: & non varijs, pro vulgari Pharmacopœorum nostri tēporis more, vnicum in eis pondus constituentium cui diuersa in singulis mensura correspondet. Quoniam verò Galenus quoq; antiquorum diligentiam in designandis libris ac vncijs ponderalibus aut mensuralibus desiderauit, nec eam tamen supplere est ausus: licet enim aliquando expresserit libram & vnciam ponderales vel mensurales, sæpius tamen id prætermisit:

Lib. 6. de compos.  
med. per gen. c. 8.

misit: idcirco nos hic Pharmacopœorum in  
 in hisce liquorum mensuris vsum in vniuersum  
 damnare non audentes: eis tantum consuli-  
 mus, vt vbiq; in suis cōpositionibus liquo-  
 res deprehēderint præscriptos vncijs aut libris  
 mensuralibus, eosdem mensuralibus ijs vncijs  
 aut libris metiantur quas hic construere docui-  
 mus. Et similiter quoq; si liquores ipsi designa-  
 ti fuerint aliqua ex antiquorum mensuris, qui-  
 bus illi eos metiri solebant (vt hemina, aut cya-  
 tho, & similibus) eadem in illis mensura vtan-  
 tur, paratas omnes habentes eo qui à nobis hic  
 docetur modo. Atqui in eis compositionibus  
 in quibus liquores libræ aut vnciæ nomine tan-  
 tum præscripti fuerint, citra mensuralis aut pō-  
 deralis notationem, interim in eis, ponderali-  
 bus libris & vncijs (vt hætenus solebant) vtan-  
 tur, dum ab alijs doctis viris aliter de hoc sta-  
 tuendum fore decernatur.

### DE HISPANORVM PON.

*derum differentia ad Romanorum pon-  
 dera. deq; Hispanorum Pharmacopola-  
 rum abusu & errore in suis pon-  
 deribus. & quomodo facile emen-  
 dari illa possint.*

Cap. 2.

C 2 EX

**E**X IIS quæ in præcedenti capite tradita sunt, facillimum quidem erit singulorum nostratum ponderū differentiam à sibi collatis Romanis ponderibus animadvertere. Quū enim obseruatum à nobis sit pondera nostra excedere Romanorum pondera per vnā nonagesimam nonam partem: iuxta hanc ipsam rationem ponderalis libra Romanorum, quæ vncijs duodecim constabat, pendet ex nostri Hispanici marci ponderibus vncias vndecim cum viginti duabus partibus quarum viginti quinque constituunt vnciam, quas arithmetici his notis designant  $\frac{2}{2} \frac{2}{5}$ . Et hæ vnciæ partes constituunt octauas vnciæ septem cum vigesima quinta octauæ parte: quæ vigesima quinta octauæ pars est grana duo cum viginti duabus vigesima quinta vnius grani, si octaua vnciæ pars ex granis septuaginta duobus constituitur, veluti ab antiquis constituebatur: quāquā ab Hispanis nunc in auri ponderibus septuaginta quinque grana in octaua vnciæ numerentur, vt inferius trademus. Continebat itaque ponderalis Romanorum libra ex nostri Hispanici marci ponderibus vncias vndecim octauas septem grana duo cum  $\frac{2}{2} \frac{2}{5}$  vnius grani. Vncia autem Romanorum pendeat ex nostris Hispanis

nicis ponderibus octauas vnciæ septem cum viginti tribus partibus quarum viginti quinque complent vnam octauam, nempe, octauas vnciæ septē scriptula (hoc est tertias octauæ) duo & grana duo de viginti cum sex vigesimis quintis vnus grani. At enim si vice versa in Romanorum ponderibus animadvertantur pondera nostra, sanè cum quorum nostrorum ponderū sunt nonaginta nouem sint antiquorum ponderum centum, sesquibes quidem noster, seu vnus marcus cū dimidio, ex duodecim vncijs nostris constans, qui antiquorum libræ medicinali respondet (estq; nostræ libræ vulgaris sexdecim vnciarum dodrās) ponderabit ex Romanorum ponderibus vncias duodecim cum partibus quatuor quarum triginta tres vnicam Romanā vnciam complent, seu vncias quodecim cum partibus triginta duabus quarum triginta tres constituunt vnam Romanam drachmam: quæ triginta duæ trigesima tertiæ vnus drachmæ sunt scriptula duo & grana vigintiunum cum nouem vnus grani vndecimis. Vncia autem nostri beisis seu marci pendebit ex ipsorum Romanorum ponderibus vnciam vnam cū nonagesima nona vnus vnciæ parte, seu vnciam vnam grana quinque cū nouem vndeci-

decimis vnius grani. Quū itaque nostri Hispanici marci pōdera à Romanorum ponderibus nonagesima nona tantum parte varient, vt sesquimarcus seu sesquibes noster minori adhuc quantitate, quàm vnica drachma libram Romanam excedat: vncia autē nostra Romanorū vnciā minori etiā quantitate quàm granis sex: atq̃ medici ferè omnes antiqui Romanorum ponderibus vsi sint, quæ Romani ipsi nationibus omnibus quibus præerāt ad cōmunes vsus impertierant: nullo sanè incommodo medici ac Pharmacopolæ ponderibus nostri vulgaris marci, perinde ac Romanis, vt in medicina poterunt. Quanto verò incommodo ac detestādo errore ijs vtantur ponderibus, quæ in medicinali illa librā continētur, quæ ad vsus tātum officinarum Hispanicarum concinnata est, adeò manifestum est, vt nunquam satis admirari possimus tot ac tam doctos medicos, quibus Hispania, nostro præsertim ævo abundarit, hunc errorem in locis, quibus medicinam faciebāt, minimè aduertisse, aut suis in scriptis notasse. Quamquam enim incōmodum, quod in medicamentorum dosi ex ponderibus apud officinas vsitatis resultat, ipsi assequi nequirēt, quòd eius causam percipere non possent, igno-

rantes quàm varia esset Romanorum ponderum ab antiquis medicis vsitatorum proportio ad illa in officinis Hispanicis vsurpata pondera (quã nos inferius manifestabimus) nihilominus aliud multò maius incòmodum illos saltem subterfugere non debuit, quòd nimirũ ex peruersa ponderum illius medicæ libræ distributione, mirabile dictu (ne potius miserabile ac ploratu dignum dicam) pleræq; ex antiquis medicamentorum compositionibus in officinis vsitatis sint peruersè compositæ, minimè seruata medicamentorũ proportione, quæ ipsis cõpositionibus per suos auctores præscripta esset. Quæ omnia vt dilucidius cognoscatur ipsam officinarũ librã ac eius ponderũ rationẽ examinabimus. Hæc illorum libra ex duodecim vncijs, perinde ac antiquorũ libra, constat. At ipsæ duodecim eius vnciæ minores sunt quàm sesquibes vulgaris (putà, duodecim vnciæ marci vulgaris Hispanici) sex octauis vnciæ ipsius marci vulgaris : quoniam vnaquæque ex illis medicinalis libræ vncijs minor est quàm vncia marci vulgaris dimidio vnus octauæ vnciæ ipsius vulgaris marci : quod octauæ dimidium Hispani appellant adarme, estq; minimum ipsius vulgaris marci pondus. Porro  
illam

illam medicæ libræ vnciam in nouem drachmas diuidunt, & singulas drachmas in tria scriptula, ac tãdem singula scriptula in grana viginti: vt vna medicinalis vncia constet nouem drachmis, seu scriptulis viginti septem, vel granis quingentis ac quadraginta. Quibus ita cõstitutis manifestissimè iam apparet, quod prius aduertimus, medicinarum doses ab antiquis præscriptas minimè cum hisce officinarũ ponderibus seruari posse: sed multo minore quantitate nunc propinari quàm ab antiquis definiebantur. Siquidem medicamentũ cuius dosis præscripta erat ab antiquis vnus vnciæ pondere, nunc Pharmacopolarum vnciæ pondere exhibitum minori sumitur quantitate quàm olim propinabatur vnus ferè drachmæ seu octauæ dimidio, nẽpè, scriptulo vno granis sex cum sex grani vndecimis, quibus Pharmacopolarum Hispanorum vncia minor est quàm antiquorum vncia. cum enim vncia nostri vulgaris marci pendeat, vt dictum est, ex Romanis ponderibus vnciam vnã grana quinque cũ nouem vndecimis, vel (quod idem est) scriptula vigintiquatuor cũ octo trigesimis tertijs vnus scriptuli: & vncia Pharmacopolarum nostrorum pendeat ex nostri marci vulgaris ponderibus

bus

bus quindecim medias octauas, vulgò dictas adarmes: sanè vncia Pharmacopœorum Hispanorum pendet ex Romanis ponderibus scriptula viginti duo cum octo vnius scriptuli vndecimis, videlicet, drachmas septem, scriptulū vnum, grana septemdecim cum quinq; vnius grani vndecimis. superatur itaque vncia Pharmacopolarum nostrorū ab vncia antiqua per scriptulum vnum grana sex cum sex vndecimis grani vnius. In eo verò medicamento cuius dosis ab antiquis præfinita erat pondere vnius drachmæ magis adhuc pecant qui illud exhibent Pharmacopolarū sibi respondententi drachma: cum enim hæc sexaginta grana pēdeat ex ijs quæ in octaua marci vulgaris numerantur septuaginta duo: atq; octaua ipsa marci vulgaris pendeat ex Romanis ponderibus scriptula tria cum vna scriptuli trigesima tertia, nempe, scriptula tria cum octo vndecimis vnius grani (siquidem scriptula ipsa tria cum octo vnius grani vndecimis sunt octaua pars scriptulorum viginti quatuor granorum quinq; cum nouem vndecimis, quot docuimus antea habere vnciã nostri marci vulgaris ex Romanorum ponderibus) sanè drachma ipsa Pharmacopœorum pendet ex Romanorum ponderibus scriptula

D            duo



duo cum quinquaginta duabus scriptuli nonagesimis nonis, vel (quod idem est) scriptula duo grana duodecim cum viginti grani trigesimis tertijs. Quod etiã inde cõstabit, quòd scriptula hæc duo cum granis duodecim & viginti trigesimis tertijs unius grani sunt nona pars scriptulorum  $23. gr. 17 \frac{5}{11}$ , quor ostēdimus cõtinerē ex Romanis pōderibus vnciã Pharmacopœorum Hispanicorũ. drachma autē ipsorum Pharmacopœorum est suæ vnciæ pars nona. Quo circa ipsorũ drachma minor erit quàm antiquorũ drachma granis vndecim cum tredecim trigesimis tertijs unius grani. Atq; ita medicamentũ cuius dosis sit vnica drachma, exhibitũ pōdere drachmæ Hispanicorũ Pharmacopolarũ, datur minori dosi quàm ab antiquis erat præscripta per dimidiũ ferè scriptuli ipsorũ antiquorum. Quòd si medicamenti dosis per scriptula esset definienda, pro singulis scriptulis quatuor ferè granis exhiberetur eiusmodi medicamentũ minori pōdere quàm antiquitus erat præscriptũ. Siquidē scriptulũ vnũ Hispanicorum Pharmacopœorũ cõtinet ex antiquis pōderibus grana viginti cum viginti nonagesimis nonis unius grani, quanta est tertia pars scriptulorum duorum cum granis duodecim & viginti trigesimis tertijs

vnius.

vnus grani, quæ continere ostendimus ex antiquis ponderibus drachmâ ipsorum Pharmacopœorum. At enim licet non parui sit momenti hic error in medicamentorum dosibus à nobis animaduersus, multò tamen magis detestãndus est ille qui in medicamentorũ compositionibus cum hisce Pharmacopœorum ponderibus committitur, deprauatis per eadem simplicium medicamentorum illas ingredientium proportionibus : nisi forsam simplicia ipsa compositum constituentia vno aliquo dumtaxat ponderis genere (vt libra, vel vncia, aut drachma) numerentur, vel saltem libra ac vncia, vel drachma ac scriptulo. vt subsequenti exemplo perspicuum fiet : sit medicamentum aliquod ab antiquis compositum, in quo quatuor sint simplicia quatuor diuersis ponderum generibus numerata : vt putà, primum vnus vnciæ pondere, alterum vnus drachmæ, tertium vnus scriptuli, & quartum vnus grani. Quoniam (vt dilucidè à Georgio Agricola probatum, ac ab omnibus bonarum artium cultoribus receptum adeò est vt nulla vltèrius indigeat probatione) apud antiquos tam Græcos quàm Romanos ac etiã Arabes medicos cõstabat vncia drachmis octo,

<sup>a</sup>  
 Quòd Arabes simili-  
 ter ac Graeci & Latini  
 scriptulū, quod Gar-  
 me aut Karmet ap-  
 pellabāt, in grana vi-  
 ginti quatuor diuise-  
 rint, indè euidenter  
 cōstat, quòd illud eo-  
 dem modo quo Grae-  
 ci ipsi & latini in  
 duos distribuūt obo-  
 los ab eis Onoloffat  
 appellatos: & Ono-  
 lossat in Danich unū  
 cum dimidio, nempe,  
 fefqui lupinum: Da-  
 nich autē seu lupinum  
 in duas siliquas, Ki-  
 rath ab eis nuncupa-  
 tas: & siliquā in duo  
 areola, quæ vocant  
 Kestuf: & areolum  
 tādē in duo grana.  
 Quæ omnia simul  
 collecta efficiunt sū-  
 mā viginti quatuor  
 granorū. Porrò Da-  
 nich hīc cū Georgio  
 Agricola iuxta Cleo-  
 patrā & Arabes sub  
 triplum scriptuli cō-  
 stituimus. quāquam  
 Fannius & alij illud  
 scriptuli subquadru-  
 plum faciant.

drachma scriptulis tribus, <sup>a</sup> scriptulum granis  
 viginti quatuor: manifestum est quòd ex præ-  
 fatis illis quatuor simplicibus, pondus quidem  
 secundi erit octaua pars primi: pōdus verò ter-  
 tij, tertia pars secundi, primi autem pars vige-  
 sima quarta: & demum pondus quarti, vigesima  
 quarta tertij, septuagesima secunda secundi, &  
 quingentesima septuagesima sexta simplicis  
 prioris. Quòd si huiusmodi medicamentum à  
 nostris Pharmacopœis suis concinnetur ponde-  
 ribus: quum apud eos (vt antea exposuimus)  
 vncia drachmis nouem constet, vel scriptulis  
 viginti septem, aut granis quingentis quadra-  
 ginta: in proposito illo cōposito pondus quidē  
 simplicis secundi erit nona pars simplicis prio-  
 ris: pondus verò tertij, erit secundi tertia, prio-  
 ris verò ~~vigesima~~ septima: & pondus tandem  
 quarti, erit tertij vigesima, at secundi sexagesi-  
 ma, prioris autem quingentesima quadragesi-  
 ma. vides iā Pharmacopola amice quàm bellè  
 tuum medicamentum cōposueris, in quo om-  
 nium fermè simplicium interse proportionēs ab  
 eis quas eidem antiquus ille tuæ cōpositionis  
 auctor præscripserit mutatae sint ac diuersae. sed  
 dicet hīc noster Pharmacopœus se auctorem,  
 ac etiam auctores suos habere quos sequatur:

Nico-

Nicolaum illum Salernitanum, Saladinum, & suum etiã Mesuem. sed quod de Mesue tradũt, eum nusquam vnciam in octo drachmas diuisisse, quin & in suis medicamentorum descriptionibus sæpius octo drachmarum & quatuor drachmarum meminisse (vt in hiera diacoloquintidos, in Tryphera persica, syrupo violaceo, syrupo de iuiubis, & alijs) quod minimè faceret si vnciam octo drachmis constare credidisset, dicturus potius loco drachmarũ octo vnciam vnã:& pro drachmis quatuor semunciam siue vnciam semissem: tantum quidem abest vt id pro eis faciat, vt etiam magis hoc eodem ipsorum argumento conuincantur. similiter enim ostendi potest minimè potuisse Mesuæum vnciam in nouem drachmas distributã opinari: quum passim in eisdem ipsius descriptionibus videamus scriptas drachmas nouẽ, & drachmas duo de viginti, & drachmas quatuor & semissem: vt in descriptione emplastri Arabici, & emplastri relati ad Andromachum, & in oleo de croco, & in sua ipsius hiera, ac multis alijs ipsius compositorum descriptionibus. Quum autem in discriminatim ipse in suis descriptionibus interdũ numero drachmarũ octo, interdum nouẽ vtatur: verifimilius cõsendum

foret per numerum drachmarum octo, vnciam intellexisse, quàm drachmarum nouem. Quum enim reliqui omnes Arabes de ponderibus scribentes vnciam in octo drachmas diuiserint, illam sacrum has verò drachmas nominantes, neq; ipse aliquid cõtra hanc omnium Arabum distributionem animaduernerit: nullus cordatus homo suspicari debet nouam aliam vnciam in nouem drachmas distributionem allaturum illum in suis compositionibus citra vllam sui noui dogmatis rationem aut saltem expositionem, quam in aliquo ex suis scriptis adduceret. At verò ipsum minimè quidem potuisse eiusmodi vnciam in nouem drachmas diuisionem intelligere, iam in sua descriptione medicamenti hamech apertius ostendemus. in qua ita scribit. Myrobalanorum chebulorum, & nigrorum, reubarbari ana vncias duas. agarici, coloquintid. polypodij, ana drachmas duodeviginti. Si igitur per drachmas duodeviginti, intelligeret vncias duas: cur non dixit, Myrobalanorum chebulorum, & nigrorum, reubarbari, agarici, coloquintid. polypodij ana vncias duas? vel saltem: Myrobalanorum chebulorum, & nigrorum, reubarbari, ana vncias duas. agarici, coloquintid. polypodij

ana

ana vncias duas, vel tantundem? Quòd autem sæpius in eius, vt & in aliorum auctorum plarisque descriptionibus bis ac etiam pluries in vna & eadem descriptione idem ponderum numerus reperiat manifestissimum est. Quo circa potius quidem eodem Pharmacopolarum argumento credendum erit Mesuem ex octo drachmis vnciam cum reliquis omnibus Arabibus ac antiquis constituere, quàm ex nouem, à nullo ante eum vnquam excogitatam. Neque etiam aliquid mouere eos deberet, quòd ille in suis descriptionibus interdum dicat vnciam vnam, interdum verò drachmas octo pro vncia vna. ita enim etiam de libra dubitare possent, an apud eundem ex duodecim vncijs constitueretur. Siquidem de ea idem quod de vncia obijcitur afferri posset: vt in descriptione confectionis testicularum vulpis ipsius Mesuæ: vbi inquit: succi Buglosæ libras duas, succi pomorum dulcium vncias duodecim, zuchari libras tres. & in descriptione syrupi de portulaca scribit: succi Endiuæ libras quatuor, seminis portulacæ vncias duodecim. Quòd verò Saladinum etiam pro se afferunt, pudet nos sanè eos tantæ leuitatis

tatis.



a  
*Sylvius in sua metho-  
do med. cōpo. inquit  
de seruitore quod  
nos hīc de Saladino  
dicimus. At re vera  
non seruitor, sed Sa-  
ladinus fuit is qui Sa-  
lernitanos sequutus  
est in vncie in drach-  
mas nouem, & scrip-  
ptuli in viginti gra-  
na distributione.*

b  
*Similiter deceptus  
est in hoc Alexander  
benedictus barbara  
sui temporis ignorā-  
tia ductus.*

tatis fugilare, quos non puduit ab antiquo-  
rum præscriptis desciscere, ac triuialis illius  
auctoris iudicio subscribere: qui, eodem mo-  
do quo illi, alius sibi similis, Nicolai (inquam)  
Salernitæ, auctoritate deceptus, eū sequi voluit  
in illa ponderū varietate quā in cōterminis ci-  
uitatibus annotarat: dicēs, viginti grana tritici  
cōtinere vnū scriptulū: & vnā vnciā continere  
nouē drachmas secūdū Salernitanos, ac secun-  
dum Paduanos octo, secundum Neapolitanos  
verò decem: sed quod<sup>b</sup> cōmuniter tenetur cō-  
stare vnciam ex drachmis nouem. Quod qui-  
dem nulla alia ratione aut auctoritate nixus  
scribit, quā quòd ita in illo Nicolai sui Saler-  
nitæ libro scriptum viderit. At iam ipsam tanti  
Nicolai auctoritatem expendamus, quem du-  
cem ipse Saladinus ac cum illo Pharmaco-  
polæ sibi eligere potius voluerunt, quā reli-  
quos omnes omnium nationum scriptores tā  
antiquiores quā recentiores. Quatuor repe-  
riuntur antidotariorum libri Nicolai nomine  
inscripti: duo Græci, quorum vnus est Nicolai  
illius vetustioris Alexandrini, qui Latinè versus  
est à Nicolao Rhegino: alter verò Nicolai My-  
repsi Alexandrini quoq; nuncupati, quem ver-  
tit Leonardus Fuchsius, duo autem Latini: quo-  
rum

rum vnus est Nicolai Salernitani, qui cum Me-  
suaꝝ codicibus magnis impressus circumfertur:  
alter verò Nicolai præpositi, qui cæterorum no-  
uissimus existit. Ex his quatuor libris, tres tan-  
tum suos proprios auctores habuere, nempe:  
Alexandrinum vetustiore, Myresicum, &  
præpositum. quorum recentiores licet à vetu-  
stiori plærasq; ex suis antidotorum descriptio-  
nibus mutuarint, multa tamen in iisdem im-  
mutarunt ac de suo addiderunt. At liber ille Ni-  
colai Salernitani titulo inscriptus nullum pro-  
prium auctorem habuit. est enim is liber Ni-  
colai Alexadrini vetustioris fragmentũ quod-  
dam ab ipsis Salernitanis medicis trascriptum  
ex eo tempore quo eorum schola magnum si-  
bi nomen arrogauerat in barbara illa illuic  
qua tota Europa opprimebatur, omnesq; bonæ  
litteræ obsoletæ iacebant. Quñ enim eius scho-  
læ medici reliquis adeò peritiores existimarẽ-  
tur vt aliis leges in medicina dare valerent, re-  
gimen suum Salernitanum pro tuenda sanita-  
te composuere, & hunc antidotorum librum  
ad curandos morbos deseruientem concinna-  
runt, minimè quidem ausi nouas medicamen-  
torum compositiones prostituere, sed ex Nico-  
lai vetustioris antidotario eas quas sibi vsui ma-



gis fore arbitrarentur feligentes, & in summam ac veluti cōpendium redigentes, quæ ipse Nicolaus tã in proæmio sui operis quàm initijs cuiusq; suarũ cōpositionum descriptionis ad earũ vsus explicãdos scripserat, librũ illum edidit. in quo nihil de suo addidit: quin potius eo quo diximus modo eliderunt: atq; etiam nonnullas cōpositiones quæ sibi in magna quantitate descriptæ visæ sunt discerpentes, earum aliquotas partes transcribere, sed ad eò sinistrè, vt plærasq; omnes ob arithmeticæ imperitiã defædauerint, nescientes simplicium medicamentorũ compositionem ingredientiuũ partes excipere proportione ei respõdentes quam ex integra ipsa compositione assumere studebãt: vt tutius multò sit eas, immò omnes quascunq; in libello illo transcripserunt, ex ipso vero Alexandrino auctore, quàm ex illa eorum farragine repetere: & quoniam in illo multa impressionis vitia deprehendantur, illas cum alijs earum similibus conferre, quæ in alijs Myrepsi & Præpositi antidotarijs reperientur. ita enim errata, si quæ fuerint, corrigere facilius erit. Sed vt ad ipsum à Salernitanis compilatum antidotarium conuertamur, & si in ijs quæ Salernitani ipsi ab Alexandrino Nicolao trans-

transcripserunt religiosè se habuere: nihil ferè immutantes, aut de suo addentes, præterquam vnam aut alteram descriptionem ex alterius Nicolai Myrepsi antidotario mutuatam: in ipsius tamen antidotarij calce breuem de ponderibus tractatū ab ipsis cōpositū infelicibus auspicijs addiderunt. quippe quum ex eo perniciosus ille ad Pharmacopolas error emanarit, in diuisione vnciæ in drachmas nouē, ac scriptuli in grana viginti. Quem quidē tractatū ipsi de suo addiderunt, ponderum distributionē medicis ac Pharmacopolis præscribētes eo modo quo in ipsorum patria Salerno vulgò recepta erant. Quū enim plæræq; Italiæ ciuitates variè pōderā ipsa ac præsertim vnciā partirent, vnaquæq; suis proprijs vsibus consulens: consultius eis visum fuit, si iuxta suæ ipsorum patriæ rationem pondera in medicina statuerent. neq; verò ob mathematicarū imperitiā incōmoda à nobis exposita in medicamentorū antiquis cōpositionibus circa simplicium eas ingredientium proportionibus ipsi percipere poterant. In quo licet venia aliqua eorū ignorātia cōdignā videatur: nostri sanè tēporis Pharmacopœi ac medici adhuc idē peccātes nulla omninò venia digni cēfendi. Quum aureis hisce tēporibus omnes ferè

bonæ artes, ac inter eas mathematicæ disciplinæ ad pristinum suum nitorem restitutæ sint. Atq; in eo etiam magis culpandi videtur, quòd ob vnum hunc tantum chimericum Nicolaum (quid enim sic appellare non liceat eum qui numquam fuit, nisi nomine tenus, ab ipsis Salernitanis confictus, mutuato ab eo Nicolao nomine à quo etiam fuit descriptus) ab alijs tribus veris Nicolais, immò à tota antiquitate desciscere maluerint. Quod enim Græci illi Nicolai ne per somnium illam vnciæ diuisionem in nouem drachmas cogitarint, nullus sanæ mentis dubitare potest. Quum potius de minore ipsius vnciæ in partes distributione suspicari aliquis illis temporibus in aliquo scriptore posset: vt si eam in septem partes diuisam significaret, nomen drachmæ improprie pro denario vsurpans. Præpositus verò Nicolaus aliorum nouissimus, tametsi barbarus, prudentius tamen de ipsis ponderibus agit, ita de vncia scribens: vncia est pondus drachmarum octo, vt tenet modus cõmunis: in diuersis tamen regionibus variatur. carmina autem quæ ibidem citat, quibus vnciam nouem drachmis constare, & scriptulum viginti granis ait, ex aliorum opinione recitat. Et ne nos aliquis fortè prolixæ

ac importunæ loquacitatis acuset, quòd in hoc expugnando Pharmacopolarum errore adeò sumus expatiati, is intelligat à nobis id de industria factum, egerrimè ferentibus nullas vnquã tantorum virorum admonitiones, quotquot de his scripsere, sufficere posse, vt hic detestandus error ab officinis exterminaretur. vt enim Fernelium, Fuchsum, Bernardum Dessenium, Rondeletium, ac innumerabiles alios doctissimos medicos omittamus: vnum eis Iacobum Syluium obijciam, quem omnes ferè Pharmacopœi tanquam alterum Mesuem, ac meritò quidem, venerantur, qui seriò satis ac prudèter huiusce eos erroris admonet, ita <sup>a</sup> inquit: Ne Nicolao Salernitæ credas, vnciæ drachmas nouem tribuenti, nulla veterum auctoritate. cui & <sup>b</sup> Seruitor nescio quis scriptor triobolaris subscribit. hosq; duces magna nostrorum Pharmacopœorum natio sequitur, nulla ratione alia, quàm quòd ab illis est hoc scriptum, nulla aut ratione aut scriptorum veterum auctoritate sese tuentibus. Ex omnibus verò Pharmacopœorum nationibus nulli minor veniæ locus relictus quidem videtur, quàm nostris Hispanis Pharmacopœis, qui ob vnus ementiti Nicolai auctoritatem, non modo contra antiquos

<sup>a</sup>  
Lib. suo method.  
comp. med.

<sup>b</sup>  
Saladinum voluit &  
debit intelligere, vt  
ante à aduertimus.



HISPAL. PHARM. RECOG.

omnes ac ex recentioribus peritiores medicos, sed & contra suæ cuiusq; patriæ publicos ponderum vsus, suis illis detestandis ponderibus abuti velint. Quum contrà Salernitani illi sui Nicolai auctores, ea tantum ratione ne aliter sui medici quàm suæ patriæ vulgus pondera tractarent, ab antiquorum pōderum partitionibus variare maluerint. In quo nostri quidem Pharmacopolæ peccatum adhuc peccato addere deprehēduntur, non modò in ponderum distributione, sed & in cuiusque illorum quantitate à vulgi communi vsu deuiantes. Quum tamen idem Hispanorum vulgus illorum tum (vt iam ostendimus) quantitatem, tum etiam distributionem, ab antiquis veluti per manus traditas perpetuò conseruasse videatur. Quod enim antiqui drachmam nominabāt, Hispani ipsi vulgò octauam dictitant, vnciam in octo dictas octauas, perinde ac antiqui in octo drachmas, distribuentes: & octauam rursus in duas æquales partes diidentes, eas dicunt adar mes, qui sesqui scrupulo antiquorum respondet, estque (vt antecà diximus) minimum in Hispanico marco pondus. Quo circa quāto satius ac commodius fuisset iisdem Hispanici marci ponderibus ipsos medicos ac Pharmaco-

copo-

copolas, eodem prorsus pacto quo vulgus, vti, euidētissimum iam omnibus fore minimè dubitamus. Quoniam verò minoribus adhuc. quàm quæ in marco reperiuntur ponderibus ipsi medici ac Pharmacopolæ indigent, nempe, scriptulis ac granis: animaduertendum hîc erit duobus granorum generibus vti hisce nostris temporibus Hispanos negotiatores ac aurifices. argentarij enim fabri vulgaris marci ponderibus dumtaxat contenti ad inferius minus ve pondus quàm ad arme minimè descendunt. Sed ex præfatis aurificibus ac negotiatoribus, alij (vt in vniuerso Lusitanix regno, ac in alijs plærisque Hispanix prouincijs) eandem quam antiqui octauæ seu drachmæ in grana septuaginta duo distributionem retinent: quæ quidem vera antiquorum in grana partitio à medicis ac Pharmacopœis iugiter seruanda erit: ita enim tertia eorum granorum pars, putà, grana viginti quatuor, scriptulum vnum, eodem prorsus modo quo antiquorū grana, constituunt. Porrò hæc ipsa grana, quorum septuaginta duo octauam nostri marci complent, sunt eadem, quæ ab Hispanis Pharmacopolis hæctenus in vsum habentur. minimè enim in eorum pondere errant, nisi in



eo quòd cum quatuor & viginti ex hisce granis in scriptulo contineantur, & septuaginta duo in drachma perinde ac in octaua marci: ipsi Nicolai auctoritate decepti, eorum viginti dumtaxat in scriptulo, sexaginta autem in drachma numerant. alij verò Hispanicorum negotiatorum & aurificum, ac præsertim in nostra hac Hispalensi ciuitate, octauam ipsam in grana septuaginta quinque partiuntur. Quòd autem ipsi in huiusmodi octauæ distributione à veterum ac aliarum Hispaniæ nationum cõmuni vsu recedant, non abs re quidem nec citra suorum vsuum rationem ab eis factum est, pro conseruanda ac commodè tractanda illa altera marci distributione, qua illum (postquam Hispani occidentales indias possederunt) in quinquaginta pondo distinxere, quæ suo proprio nomine vulgò nuncupant Pesos aut Castellanos. Quum enim ex hac marci distributione singulæ vnciæ pendeant Pesos vulgò eorum dictos aut Castellanos sex cum vna quarta ipsius pondo seu Castellani: si octaua septuaginta duo grana, vncia verò quingenta septuaginta sex, eo modo quo antiquitus, contineret: morosa admodum in minutas partitio singulis Pondo seu Pesis contingeret: nempè, grano-

rum

rum nonaginta duorum cum quatuor vigesimis quintis vnius grani. quæ quidem minutiarum prolixitas maximè ipsius pondo seu castellani numerationes impediret, ac negociationes ipsas interturbaret: præsertim cum pondo ipsum seu castellanum in alias etiã minores partes dividi opus foret. Ac proinde haud injuria aliã octauæ ac vnciæ in grana distributionem, huiusce marci in pondo quinquaginta partitioni deservientem, confingi oportuit: qua octava in septuaginta quinque, vncia verò in sexcenta grana divideretur, minoribus aliquantulum ipsis granis constitutis quàm olim fuerint. Quomodo in singulis pondo seu castellanis nonaginta sex grana numerant: & pondo ipsum in octo partes distribuentes, quas vocant tomines, singulis tominibus duodecim grana tribuunt. Unde etiam constabit huiusmodi Hispanorum tomin, licet ex granis duodecim constitutatur, minus quidem esse quàm dimidium scriptuli medicorum. quoniã ex granis illis constitutum est, quorum septuaginta quinque continentur in octava: grana verò medicorum, quorum viginti quatuor scriptulum constituunt, debent eorum esse quorum septuaginta duo ipsam octavam complent.



IN SVBIVNCTIS TABELLIS ROMANORUM PŌDERUM ad Hispanica, & rursus Hispanicorum ad Romana pondera certa traditur ratio. Vndè aliarum quoq; nationum ponderum ad ipsa Romana ratio poterit æstimari. Exponitur etiã antiquarum apud Romanos mensurarum ex Hispanicis ponderibus capacitas: vt si singulorum nationum vsitata mensuræ cum his conferantur, proportio quam inter se mutuò habuerint explorari facilè possit.

**TABELLA REDVCTIONIS**  
*Ponderum Romanorum antiquorum ad Hispanica nostra pondera.*

Romanorum ponderum	Hispanicorum ponderum
lb. Libra, duodecim vncijs constans,	Vncias. ii. octau. 7. grana maiora. 2 $\frac{22}{25}$
ʒ Vncia	Octavas. 7. scriptula (hoc est, tertias octavæ) 2. & grana. 18 $\frac{6}{25}$
ʒ Drachma	Scriptula. 2. grana. 23 $\frac{7}{25}$
∅ Scriptulum	Grana. 23 $\frac{12}{25}$
∅β Obolus, qui est scriptuli dimidium,	Grana. 11 $\frac{22}{25}$
⌘ Ceration, hoc est, filiqua, quæ est scriptuli pars sexta,	Grana. 3. $\frac{24}{25}$
⌘ Chalcus, sive Aereolus, qui est filiquæ dimidium,	Granum vnum $\frac{42}{50}$
gr. Granum, quod est Aereoli dimidium, vel vigesima quarta pars scriptuli, seu septuagesima secunda pars drachmæ.	Vnius grani $\frac{22}{100}$

Continet

Tabella

# TABELLA REDUCTIONIS PON- derum Hispanicorum ad Romanorum antiqua pondera.

\* \* \*

## Hispanicorum ponderum

## Romanorum ponderum

Libra vulgaris, sexdecim vncijs,  
 seu duobus vulgò dictis mar-  
 cis constans,  
 Libra medicinalis, duodecim vn-  
 cijs, seu sesquimarco con-  
 stans,  
 Marcus vulgò dictus, vncijs octo  
 constans,  
 Vncia  
 Drachma, quæ vulgò dicitur oc-  
 tava, quoniam vnciæ octava  
 pars existit,  
 Adarme vulgò dictum, quod est  
 octavæ seu drachmæ dimi-  
 dium,  
 Scriptulū, quod est tertia drach-  
 mæ seu octavæ pars,  
 Granum hispanicū maius, ex ijs  
 quorū septuaginta duo (simi-  
 liter ac Romana) octavā seu  
 drachmam complent,  
 Granum Hispanicum minus, ex  
 ijs quorū septuaginta quinque  
 octavam continent,

Conti-  
net

Vncias. 16. scriptula. 3. gran.  $21 \frac{1}{11}$   
 Vncias. 12. script. 2. gr.  $21 \frac{2}{11}$   
 Vncias. 8. script. 1. gr.  $22 \frac{6}{11}$   
 Vnciam vnam, gr.  $5 \frac{2}{11}$   
 Drachmam vnam (seu script. 3.)  
 & vnius gr.  $\frac{8}{11}$   
 Scriptulum vnū, gr.  $12 \frac{4}{11}$   
 Scriptulum vnum, & vnius gra-  
 ni  $\frac{6}{11}$   
 Granum vnum  $\frac{5}{11}$   
 Vnius grani  $\frac{11}{11}$

TABELLA PONDERIS OLEI,  
quantum singulæ antiquorum mensuræ continebant:  
tam iuxta Romanorum, quàm Hispanici marci  
ponderum rationem.

Oleum contentum in

Cochleari paruo , quorum 24  
constituebant Cyathum  
Cheme Fannij, quod est duplum  
Cochlearis,  
Mystro minori, à Romanis dicto  
ligula vel Cochleari, quod est  
triplū chemes aut sexcuplum  
Cochlearis minoris,  
Vncia Romanorum mēsurali, cu  
ius proportio ad cyathum est  
subsesquibipartiens tertias,  
Cyatho, qui est quadruplus My-  
stri minoris, & continebat vn-  
ciam mensuralem vnā cū dua-  
bus vnus vnciæ tertijs,  
Hemina Romanorum, quæ con-  
tinebat decem vncias mēsurā  
les, & erat sexcupla cyathi,  
Libra mensurali, quæ duodecim  
vncijs mensuralibus constat,  
Sextario, qui est duplus heminae  
seu duodecuplus cyathi, &  
viginti mensuralibus vncijs  
constat,  
Cōgio, qui est sexcuplus sextarij  
& decem libris mensuralibus  
constat,  
Vrna, quæ est quadrupla congij,  
& quadraginta lib. mensurali-  
bus constabat,  
Amphora, quæ erat dupla vrnæ,  
& octuaginta lib. mensurales  
capiebat,

Ex Romanis anti-  
quis ponderibus.

Ex Hispanico  
marco.

Scrip. 1. gr.  $9\frac{1}{2}$

Script: 1. gr. maio. 9

Script. 2. gr.  $18\frac{2}{3}$

Scrip. 2. gr. 18.

Scrip. 8. gr. 8.

Scrip. 8. gr. 6.

Drachmas. 6.  
scrip. 2.

Octauas. 6. cum  $\frac{2}{5}$   
vnus octauæ.

Vnciam vnā,  
drach. 3. gr. 8.

Vnciam. 1. octa. 3.

Vncias. 8. dra-  
ch. 2. scr. 2.

vnc. 8. drach. 2.

Vncias decem

Vnc. 9. drach.  $7\frac{2}{5}$   
vel vnc.  $9\frac{2}{10}$  vni-  
us vnciæ.

Vnc. 16. drach. 5  
scr. 1.

Vnc. 16. drach. 4.

Vnc. 100. seu  
lib. 8. vnc. 4.

Vncias. 99.

Vnc. 400. seu  
lib. 33. vnc. 4.

Vncias. 396.

Vnc. 800. seu  
lib. 66. vnc. 8.

Vncias. 792.

pendet

# LIBER SECVNDVS<sup>23</sup>

DE MEDICAMENTORVM

*expurgantium tritura, ac multiplici in  
illa Pharmacopœorum errore.*

**D**ETECTVM iã & emendatum priorem Pharmacopœorum nostrorum errorem in eorum ponderum ratione & vsu, alter iam sese æquè perniciosus ac cõmunis notandus corrigendusq; subsequitur, circa expurgantiũ Pharmacorum, & præcipuè Scammonij, in cõpositis medicamētis triturationē. Quam omnes ferè Hispani Pharmacopœi crassissima oscitãtia perpetuò crassam esse volũt. Quumq; opinione hanc in illorum animis inueceratã tãquã inuolabilẽ legẽ tueantur, non minus cõvenire existimo in hoc extirpando errore, quã in pòderũ antiquorũ restitutione immorari. His enim maximis à Pharmacopoliorũ foro abusi bus exclusis, parvo admodum negotio reliqua omnia conuincẽtur: nimiaq; in hisce cõvellen dis prolixitas, aliorũ quæ tractãda restãt brevitate cõpensabitur. Quod itaq; illi omnes communis præcepti nomine observant huiusmodi

nimirum est: in cōpositis omnibus medicamē-  
tis nulla expurgātia pharmaca, vno aut altero  
excepto, esse tenuiter terēda: Sed in electarijs a-  
lia crasso modo, alia verò mediocriter: in pillu-  
lis autē omnia crassius iugiter terenda. Atq; cū  
singulos è nostris Pharmacopœis in hac Phar-  
macopoliorū recognitione examinarem, vt  
quid vnusquisq; in medicamētorū tritura cras-  
sum aut mediocre iudicaret, facta similitudine  
cū re aliqua naturali, proferret: tātā inter eos cō-  
perimus varietatē, vt nullus ferē cum alio sen-  
tiret. Videres vnum ad dimidiū cicer id refer-  
re, quod sibi videbatur crassum: aliū id ipsum  
ad granū orizæ: quosdā ad miliū, alios ad sesa-  
minū semen. atq; iuxta hasce easdē differētias  
variē ipsa expurgātia medicamēta terebant: in  
hoc tantum omnes convenientes quòd mini-  
mè essent subtiliter terenda. Quam quidē opi-  
nionem adeò firmis credunt innixam esse fun-  
damentis, vt quodvis aliud medicinæ theore-  
ma potius corruere ac labefactari posse credāt.  
Primum autem ac potissimum eorum funda-  
mentum est Galeni illa famosa auctoritas libr.  
4. de san. tu. vbi in hunc modum scribit Gale-  
nus: Hæc omnia simul tundenda cribrandaq;  
sunt tenui cribro. Quippe eiusmodi medicamē-  
ta

ta in totum corporis habitum maximè digerātur. veluti è diverso crassiora in ventre hærent, vt quæ angustâ venarũ oscula subire nequeāt. Quam ob rem etiã medicamentum, quod Diospoliticon vocant, cuius in hoc libro antea mentionem feci, crassius facere soleo, quoties de jicere alvum per id studeo. quidam verò id non intelligens, cùm tenuissimum minutissimumq; instar pollinis fecisset, vt alvo de jicenda nihil contulit, sed vrinam planè multã movit: mecum rem communicavit, mirans ac sciscitans eius eventus veram causam: ipse enim arbitrari se aiebat, hominis intemperantiam (nam ita appellabat) eius quod inciderat causam esse. vt verò propriam causam didicit esse cõpositionis rationem, postmodum aliter cõposuit meliore successu. Ac huius quidem præcepti in omnium medicamentorũ cõpositione meminisse expedit. Alterum verò fundamentũ quo suã opinionẽ maximè fulciri credunt nostri Pharmacopœi est <sup>a</sup> Mesuæ auctoritas in Cãno. vniversal. vbi præfatã Gal. auctoritatem citat, in hũc modũ scribens: Triturationis necessitas est triplex: aut vt miscibiliũ in vnũ melior fiat sigilatio, aut vt medicinis aliqua proprietas acquiratur, vel vt in eis aliqua malitia reprimatur.

<sup>a</sup>  
Cap. de tritur.

cur. Exēplū primi, est trituratio theriacæ & aliarū medicinarū. Exēplum secundi: inquit Galenus, institi vltimè triturādo & pulverizādo cum minū, & cum esset naturæ solutivū factū est vrinæ provocativum. Ego dico quòd aliquādò aliquod acutorum solutionē facientiū vltimò pulverizatū acquirit proprietatē post illud vt fiat magis penetrans, & repat ad alias partes in quas non poterat prius, & provocet per illas. Demū hoc idē præceptū ab omnibus ferè scriptoribus, quotquot Pharmacopœas tradidere, observari credūt Pharmacopœi: quorū auctoritates plenis buccis sonare non cessant, & præsertim Iacobi Silvij. in cuius verba cū plerosq; eorum iurare intelligamus, quæ ex eius scriptis pro eis magis facere videbuntur, hîc afferre nō pigebit. Is itaq; in <sup>a</sup> sua methodo cōponed. medicam. ita inquit: Sic Scāmoniū tenuissimè terūt, si medicamētis corpus peruadentibus miscēt, crassius autē si catapotis aut alijs, quæ diu in ventriculo manere volunt. similiter in sua Pharmac. <sup>b</sup> in hūc modū scribit: Scāmoniū exactè terēdū, nisi cū in catapotia venit. tunc enim crassius tritū diutius in vētriculo manet, potētiusq; agit. et infra: Quædā crassius terēda, quæ in vētre diutius morari volumus, nec prom-

Lib. 3.

Lib. 2.

promptè vasorum ora subire: sic purgãtia medicamenta crassius teruntur, vt in ventrem partem minus principem & euacuationi expositissimam ex corpore reliquo trahant, non autè ad partes principes tota ferãtur easq; offendãt, cum ad has facultate aut saltem vapore ferri, vel (quod plurimum fit) portione paucissima sufficiat. crassius etiam teruntur, quorum virtutè multa tritura dissipari metuimus. sic scammonium vim purgatricem multa tritura perdit. et inferius: sic scammonium, colocynthis, & alia valenter purgantia, nunc crassius, cum illud in pillulas, hæc in trochiscos transit: nunc tenuius ob dictas prius rationes: rhabarbarum tamen ferè tenuius teritur, vt colocynthis tenuissimè, cum mox & citra aliam per trochiscos trituram sumenda. scammonium quoque crassius teritur, si coquendum est cum alijs, aut diu ante vsum seruari debet medicamentum: idq; ne vis eius coctione per ignem aut lōgam fermentationem exhalet. Sed vt tum Galeni, tum Mesuæ, ac Siluij aliorumq; auctorum qui rectè de his sensere, probè percipiatur mens, illud hîc exponere cōueniet, quod nostris Pharmacopœis omnis in hac re erroris causa extitit: nempè, quid in proposita quæstione trituræ



nomine intelligatur, & quid in ea crassum aut  
 tenuē vel mediocre statui oporteat. Quum ta-  
 men ipsi nihil magis sibi notum credant, nec  
 frequentius in ore habeant. Trituræ seu cōtu-  
 sionis voces bifariam apud auctores accipi so-  
 lent. Aut enim in latiori ac fusiori significato  
 vsurpantur, pro qualibet vnius vel plurium re-  
 rū in partes comminutione, siue illæ plures vel  
 pauciores sint, seu exiguæ vel maiusculæ: Aut  
 strictiori ac peculiari, pro ea in minimas partes  
 cōminutione, qua res in puluerem rediguntur.  
 in priori quidem significatione ad id extendū-  
 tur, quod peculiari voce cōfractio, vel cōquas-  
 satio, aut concisio, & ab aliquibus etiam pro-  
 priè contusio appellatur. Quomodo res in pau-  
 ciora ac maiora frustra, pro cuiusq; generis quā-  
 titate, confractæ considerantur, quàm vt sub  
 puluerū nomine comprehendi possint. cuius-  
 modi contritionem à Galeno præcipi perpe-  
 tuò conperies in medicamētis ore assumēdis,  
 vbi cūq; res ipsæ contusæ sint in aliquo liquore  
 decoquendæ, & tali decocto abiectis fæcibus  
 vti oportuerit. Atq; huius generis cōminutio-  
 nem vocibus significat <sup>a</sup> κόπτεται ἀδρομερῶς, quod est,  
 in crassas partes cōtundere: vel <sup>b</sup> κόπτεται καὶ σίθει  
 παχύτερα κοσκίνω, quod est, contundere & cribrare  
 crassiore

<sup>a</sup>  
 vt li. 7. de cōp. phar.  
 sec. lo. c. 2. in arteria  
 ea delingibili ad om-  
 nes internas affectio-  
 nes. & li. 8. c. 2. vbi  
 secundā affert An-  
 dromachi composi-  
 tionem ex Iampone  
 Pelusiota ad stonachicos.

<sup>b</sup>  
 Vt li. 9. de comp.  
 Phar. se. lo. c. 4 in es-  
 elegmate colicis ne-  
 stareo facienti pleu-  
 riticis & dyspnois  
 eis.

crassiore cribro. hunc etiam contritionis modum designavit, vbi filicis radices contundere <sup>a</sup> præcipiens in Andromachi arteriacis, modò <sup>b</sup> inquit quòd *ἔς τριδάκτυλα κατατέμνονται καὶ καταθραύονται* hoc est, in frusta trium digitorum magnitudinis cōciduntur & confringuntur: <sup>c</sup> modò quòd *κατατέμνονται ἔς δακτυλιαῖα μήκη, καὶ κατατέμνοντες θραύομεν*, idest, concinduntur in frusta digitalis longitudinis, & concisæ confringuntur. In altera verò significatione trituræ aut cōtusionis voce, id significatur quod à medicis ac Pharmacopœis peculiariter puluis appellari solet: & quæ hoc modo contrita sunt in puluerem redacta esse dicuntur, vel (vt Plinius loquitur) in farinã trita. sæpius enim eiusmodi puluis à Galeno & alijs auctoribus nominatur farina. quamquam proprius loquendo leguminum tantum puluis dicitur farina: vt combustarum rerum puluis (iuxta <sup>d</sup> Galeni sententiã) cinis. Atq; huc trituræ modum designare solet Galenus vocibus *τρίβειν καὶ σίβειν*, quod est, terere & cribrare, & interdum vna tantum voce *τρίβειν*, idest, terere: sed sæpius duabus simul vocibus *κόπτειν καὶ σίβειν*, videlicet, tundere & cribrare. Perpetuoque huiusmodi trituræ vel cōtusionis genere vti illum comperies in omnibus cōpositis medicamentis

<sup>a</sup> Li. 7. de Pharmas. comp. sec. loc. c. 2.

<sup>b</sup> Post principium ipsius cap. 2.

<sup>c</sup> Eodem cap. 2. prope finē. vbi δακτυλιαῖα μήκη vertimus cū Plin. Digitalis longitudinis, potius quàm cum cornario, Digitalis magnitudinis: quoniã verbo μήκη propriè longitudo significatur. Atq; vt hæc frustulorū radicis filicis mensura cum ea quã in arteriaca priori adduxerat conueniret, necessario intelligere oportet hanc quidem iuxta digiti vnus longitudinem, illam verò iuxta trium digitorum transversorum latitudinē esse accipiendam. ita enim vna ab altera partim differt.

<sup>d</sup> Lib. 6. de cōp. Pharm. se. lo. c. primo.

ore assumēdis, vbi cumq; res siccae quae tunden-  
 dae proponuntur tota sua substantia composi-  
 tionem ipsam ingredi debeant. Porro quum in  
 omni contritione tres ordines seu modi consi-  
 derentur: vt alia crassius, alia tenuius, alia verò  
 medio modo trita dicantur, iuxta maiorem mi-  
 norem vè aut mediocrem rei terendae commi-  
 nutionem: planum quidem est hos ipsos ordi-  
 nes intra alterutrius triturae generis limites cō-  
 tentos esse debere: vt quod crassum in eo con-  
 tusionis genere dici mereatur, quo propriè con-  
 quassatio significatur, ab eo multum differat  
 quod crassum similiter vocetur in altero con-  
 tusionis genere quod pulueres designat. quic-  
 quid enim in ea tritura qua res in puluerem re-  
 diguntur crassum dici potest, vt pulueris nō ex-  
 cedat fines consentaneum fuerit: nimirum ne  
 in crassiora fragmenta cōfringatur, quàm quae  
 pulueris vel farinae nomē mereantur. Quumq;  
 pulueres aut farinae quātumcunq; crassè trita  
 dicantur, minimè furfures ipsos sua crassitudi-  
 ne exuperent: ita statuendi erunt tres illi ordi-  
 nes in hoc triturae genere quo res in puluerem  
 rediguntur, vt quod in eo crassius tritum dica-  
 tur, in frustula furfuribus minora aut saltē mi-  
 nutos furfures non excedentia sit contusum.

Quod

*Alto es triturada propia*

*La trituration propia  
 mas grueso no debe  
 exceder los limites de  
 su uso farina.*

*mas grueso  
 no debe exceder los  
 limites de su uso*

*mas grueso*

*propia*

*mas grueso*

*no debe exceder los*

*limites de su uso*

*propia*

Quod etiam <sup>a</sup> Actij auctoritate confirmari potest, qui ellebori ramenta, quæ *†αλιςδμ* appellat, fieri præcipit illius festucis ad furfurū magnitudinem forcipe concisis. Quòd verò eiusmodi ellebori comminutioni non conueniat triturae nomen in sua illa propria significatione qua pro pulueribus vsurpatur, ex proprio *†αλιςδ* significato apertè constat: quod latinè sonat ramentum, & expressius <sup>b</sup> forcipe concisum seu refecatam: Quod trituræ quadrat significato fusiori, quod ad contusionem & concisionem extenditur. vndè manifestè constat ex Actij sententia id quod propriè puluis seu farina dici debeat, quantumuis crassius consideretur, & ab auctoribus confici præcipiatur, in minora fragmenta comminui debere quàm sint fursures, crassiores saltem illi qui Græcè *πίτυρα* dicuntur. Et quoniam pulueres farinae aptissimè comparantur: quemadmodum in hac tres differentias connumeravit Galenus <sup>c</sup> in ling. Hip. explan. inquiring: omnis moliti grani mediocri magnitudine fragmentum *ἀλφίτα* vocari, maiora, *κρίμνα*, minora autem *ἀλευρα*: ita hisce tribus farinis, aut farinae partibus correspondentes illi tres trituræ ordines statuendi sunt: vt crassior puluis *κρίμνον* æquet, nempe, farinam crassius

<sup>a</sup>  
Tetr. 1. ser. 13.  
c. 131.

<sup>b</sup>  
ἀπὸ τῆς *†αλιςδμ*.

<sup>c</sup>  
In voce *ἀλφίτα*.

molitam, seu crassiora farinae frustula quae mola probe contrita non sunt, vel etiam crassior est farinae partem quae per cribrum laxiora habens foramina decussa est quaeque nondum ab omni furfure excreta est, sed minutos etiam furfures in se continet (qualis ea est quae Hispanis dicitur harina baça vel acemite grueso) aut ad summum furfures ipsos minutos, qui hac in ciuitate dicuntur moyuelo. Quod enim per vocem simplicem κρινον non possint intelligi furfures crassiores, immo neque farina crassissima & quae crassiores contineat furfures, constat ex ipso Galeno, eodem loco asserente huiusmodi crassissimas farinas vocari ab Hip. non simpliciter κρινον, sed κρινον αλφιτου αδρα. Tenuior vero ei farinae parti comparetur, quam Galenus citato loco αλευρον vocat, alibi aut αλευρον ακριβως καθαρον, quod est, farina exacte depurata vel purissima: e qua panem ab eo dictum καθαροτατον, id est, purissimum, vel σιλιγνιτω, id est, siligineum fieri praecipit: & est tenuissima farinae pars per densissimum cribrum, vel (ut Plinij verbo utar) excussorium pollinarium transmissa, a Graecis etiam dicta γυρις & παιπαλι, a latinis vero tritici flos, ac singulari nomine pollen. Mediocris vero, seu mediocriter tritus pulvis, ei farinae parti comparetur, quae a Galeno eodem

gr esse q  
recomp  
la tribu  
eys mendo  
y uelo wds

affior puluis aqua  
debet farinam  
affior molitam  
crassiora fari  
affior farinae  
mi voce κρινον  
re pur f...  
m m fur fures  
bz m m m m qui  
cu n r mo j uelo

alargar el pol  
Li. pri. de alim. fac.  
c. 2. ut auctor li  
bri de ren. affec. dig.  
med. c. 6.

Li. 18. cap. 11.  
d  
Pollē propriè intriti  
co, flos verò in filigi  
ne: iuxta Plinium  
lib. 18. c. 10,

li mas gunt  
sed

eodem loco *ἄλφίτου* vocatur, & similæ seu simili-  
 lagini Latinis dictæ correspondere videtur, His-  
 panis autē peculiari voce appellatur *Rollon*.  
 poterunt autem iidem tres prænotati pulue-  
 rum ordines sensu in hunc modum determi-  
 nari: vt dicamus crassos pulveres oculis pos-  
 se discerni, mediocres verò digitis contrecta-  
 ti deprehendi: tenues autem vix dentibus per-  
 cipi. His ita constitutis operæ pretium fuerit  
 videre quo trituræ significato interpretari con-  
 sentaneum sit Mesuem, Syluium, & cete-  
 ros omnes auctores. quicunq̄ue medicamen-  
 ta expurgantia in compositionibus crassius  
 conteri præcipiunt. Sanè cum compositio-  
 nes omnes in quibus expurgantia medica-  
 menta ingrediuntur (quales sunt electaria,  
 pillulæ, aut etiam trochisci) ex pulueribus  
 confici dicant ipsi Pharmacopœi, vsq̄ue eo, vt  
 sicca omnia collecta, aut seorsim seruata ad  
 ipsorum electariorum, pillularum, vel trochis-  
 corum compositionem, poluoras proprio ac  
 peculiari Hispanorum nomine à nostris me-  
 dicis ac Pharmacopœis appellentur, quoniam  
 re vera pulveres sunt & puluerum formá ob-  
 tinere debent: Nemo iam nõ intelliget trituræ  
 significatum, quo medicamenta omnia sicca

*solus p̄uesso se  
 p̄uede digcer  
 50/7 / —  
 mediano se ad  
 p̄uender  
 lo vnlos  
 Sub Capenay  
 los dienty  
 p̄uender*

HISPAL. PHARM. RECOG.

in cōpositiones admissa in puluerē rediguntur, propriè quidem accipi debere, & nō quatenus ad contusionem vel concisionem extenditur. itaq; tres illæ excogitatae differentiae, quibus vnā trituram crassam dicimus, aliam tenuē, aliam mediocrem, ineptissimè quidem hīc afferentur, si eo modo quo in confractione vel cōcisione propriè dicta decernantur, & nō prout puluerum ratio exigit, vsurpentur. Atq; ita eos qui ex hisce pulueribus crassissimè tusi aut contriti dicētur, minimè quidem ad furfurū magnitudinem (vt. ex Actio & Galeni doctrina cōprobatum habemus) accedere, vel saltem minutos furfures non excedere debere. Ex quibus iam manifestè constat quā turpis ac improbandus error sit, is quo hactenus ducti nostri Pharmacopœi scammonium & alia ex purgantia medicamenta suas compositiones ingredientia, quæ ab auctoribus crassomodo teri præcipiuntur, ad grani sesamini, vel milij, orizæ ve, aut etiam dimidiati ciceris magnitudinem confringebant. Qui etiam eo magis ridendus, vel potius deplorandus erit, quo absurdior est ratio qua sese illi in hoc tueri credebant: dicentes ita eis constitutum esse per quendam Pharmacopœiū, qui superioribus diebus huius

ciuita-

*ex parte no  
leparat afe  
id est manus  
exceder vel  
sepe mendo*

ciuitatis Pharmacopolia recognouerat. At qui ex eis doctiores videri volunt, alium etiã, si dijs placet, huic tanto auctori comitem adiungebant, <sup>a</sup> Paulum (inquam) qui aliquando ellebori radices ad sesami magnitudinem cõtusas assumendas præcipiat. Quod si placet, cur non etiam sua medicamenta conterunt ad lathyridis grani magnitudinem, quoniam <sup>b</sup> idem illa integra deuorare præcipit: quasi verò eadem omninò sit habenda trituræ ratio in simplici vno medicamento per se assumendo, quæ in eo quod pluribus constat simplicibus: & non potius diuersissima. In hoc igitur propositæ disputationis vertitur cardo, an scammonium ac reliqua expurgantia medicamenta, quæ in puluerem trita composita medicamenta ingrediuntur, crassius intra puluerum metas terêda sint, an tenuius: idq; an de omnibus expurgantibus & in omnibus compositis medicamentis statuendum sit, an aliter. Pro cuius controuersiæ vera decisione nihil æquè facere videtur, atque ipsius trituræ vsu animaduersio: & iuxta illos, eosdem trituræ modos determinare. Nã si rem aliquã terêdam ducimus, vt ex eius tritura utilitas aliqua (verbi gratia) malignitatis cuiuspiã correctio, oriatur: planum quidem erit eum

<sup>a</sup>  
Lib. 7. cap. 10.

<sup>b</sup>  
Lib. 7. cap. 4.



HISPAL. PHARM. RECOG.

trituratione modum quo maximè eiusmodi malignitatis correctio effici possit, magis eidem rei fore conuenientem. vsus igitur seu scopos trituratione omnes percurremus: atq; eos exponentes, quæstionem ipsam simul decidemus. Tres quidè à<sup>a</sup> Mesue ac reliquis Mesuem sequutis medicis consideratur scopi: primus, vt medicamenta simul misceri exactius possint. Secundus, vt facultatem nouam acquirant. & in hoc etiam cõplectitur Mesues eum trituratione vsum qui ratione loci seu partis affectæ consideratur: quem aliqui in hac eius diuisione desiderari contendunt: cuius tamen maximam rationem Galenus habuit, tertius, vt malefica eorũ vis mitigetur ac tollatur. Quibus etiam quartum addere poteris, vt medicamentũ ore sumptum à natiuo ventriculi calore in actum (vt dici solet) melius deducatur. omnibus igitur medicamentis, in quibus hæc omnia vnico triturationis modo obtineri possint, nulli dubium erit quin is ipse triturationis modus conueniat. in eis verò medicamentis, in quibus alius ex præfatis trituratione scopis vnũ trituratione modum, vt pote tenuiorem, alius verò alium, ut crassio rem, ex postulet: manifestum etiam est, iuxta medicorũ doctrinam, ac rationi ipsi consentaneum, vt maioris momenti

In cãm. vniuersal. loco ante citato, de trituratione

de la trituratione de Mesue

de Mesue

de Mesue

de Mesue

de Mesue

menti

menti scopi maior semper habeatur ratio, minori non neglecto: quod si omninò differentes fuerint, etiam neglecto minoris momenti scopo, ad eum qui maius emolumentum promittat magisque ad propositum nobis finem facturus videatur, erit duntaxat respiciendum. ut si nobis opus sit medicamenta aliqua simul macerare, quorum pars substantiae tenuioris ac superficialis sit facultatis, pars verò alia substantiam crassam & magis in profundo sita sit sortita: sanè ratione medicamentorum substantiae tenuioris breui admodum macerationis mora opus erit, ut verbi gratia horarum duodecim: ratione autem medicamentorum crassae substantiae multo longiori mora, nempe trium vel etiam plurium dierum. At in eo casu iuxta prudentium medicorum praecipua, tot in maceratione ponentur dies, quot ea, quae crassioris fuerint substantiae, postulauerint. & ne à proposito negotio recedam, quum iuxta Galeni & aliorum qui illum sequuti sunt, medicorum doctrinam, ad stomachi affectus medicamenta crassiuscule trita, ad iecoris tenuia, ad renum verò passiones tenuiora conueniant. Si affectus nobis in tribus propositis membris curandus offeratur: necessarium quidem erit ipsa medicamenta tenuius conterere, quippe quum licet hoc modo

*si fuerent delicta  
contrarios & pro  
gapsa conuenient  
substantiae seade  
eudival principit  
sin atender al  
menor moment  
yos et  
ne mas haze  
intento q sepre*

*Expta medica  
ad  
tenuia ad renum  
vero passiones  
lora ex more*

læuigata non adeò propinquieribus membris conducant (quia non tantum in illis immorari possunt quantum opus esse conijcimus) si tamè crassius trita propinarentur, nulla ex parte distantioribus membris iuuarent, vt pote ad illa minimè pertingentia. videamus igitur quis trituræ modus vnicuiq; ex præfatis trituræ scopis magis conueniat, & quis ex his potior sit ac maioris momenti. sanè quanti momenti sit trituræ iuuare medicamenta vt melius à ventriculi calore in actum reducantur, & quatum ad illorum quam vocant actuationem conducat tenuior ipsorum læuigatio, manifestius est quàm vt probatione vlla indigeat. Similiter haud parui momenti est ille trituræ scopus quo malignorum medicamentorum vim maleficam corrigere conamur. Hæc autem correctio duobus modis intelligi potest: nempè, vel in medicamento per se solo exhibendo, de quo non est hîc propositum agere: vel si illud cum alijs commistum esset assumendum. Et hoc rursus bifariam fieri potest: nempè, si per solam proprii medicamenti trituram eius malitia mitigetur corrigatur ve abundè, aut si intercedente ipsa trituræ commisceatur medicamentum malignum cum alijs quæ eius malignitatè corrigere possint.

*Corruptio per amara  
de malitia*

*trituræ cum facie  
de duo medicam*

possint Prioris correctionis exemplum attulit Mesues in colocynthide, admonens eam tenuius tritam meliorem reddi, plusq; è sua malignitate amittere. Neq; aliquod vsquam malignum medicamentum consuluit aliquis terendum crassè vt malefica eius vis corrigeretur, præterquàm vnus Serapio, qui turbit ac scammonium, vt & ipsam colocynthidem, contra reliquos omnes auctores, non esse exactius terenda admonet, falsa illa sua imaginatione deceptus, quod læuissimè trita stomachi villis adhærent. Quum potius eadem met causa nè stomachi villis adhæreat terendam tenuissimè ipsam colocynthidem præcipiat Mesues, citans in eo ipsum Serapionis filium: vt nõ immeritò quis suspicari possit mendam fortassè aliquam esse in Serapionis codice. Alterius autem correctionis modus quo medicamenti malitia aliorum benigniorum medicamentorum mixtura emendatur, cum ab ipsa mixtione pendeat, idè trituræ modus, quem mixtioni magis conuenire ostendero, eidem similiter conducet. Noua etiam in aliquo medicamento facultatem acquirere, vbi opus fuerit, magni est momenti. Sed neq; hoc est semper necessarium, neq; in omnibus medicamentis id ex trituræ varietate

H 3

assequi

no se ab can  
 idos medicam  
 facultad no  
 Ca. ari eda ad  
 mitoracis  
 by. m. s. si pa  
 tiomen dos vir  
 o facultades di

assequi potest. In diospolitico quidem, rhabar-  
 baro, ac nonnullis alijs id observatur, quòd cras-  
 siusculè trita expurgantem tantū, aut magis ex-  
 purgantem: tenuiter verò læuigata minus ex-  
 purgantem: aut diureticam tantū facultatē ob-  
 tineant. Quòd autem hoc minimè contingat  
 in plærisq; expurgantibus medicamentis, immò  
 in nullo ex malignis ac valenter expurgantibus:  
 nulli non constabit, si singula ipsorum validè  
 expurgantium medicamentorū percurramus.  
 primò enim colocynthidem melius ac innocē-  
 tius expurgandi causa mollissimè terere ab om-  
 nibus medicis iubemur, nemo autem eā quāuis  
 tenuissimè læuigatā vrinas mouere hætenus  
 annotauit. Elleborus verò tantum ab est vt  
 crassius tritus magis expurget quàm tenuiter  
 læuigatus, quòd contrariū omninò ab antiquis  
 auctoribus observatum reperiatur, nēpè, quo  
 tenuius tritū fuerit eo validius expurgare. Idq;  
 Actius prudenter insinuat exhibēs de eius ra-  
 mentis ad furfurū magnitudinē concisis drach-  
 mas duas & semis, de puluilo verò eiusdem  
 drachmam tantū vnā & obolos duos. Idem  
 quoq; ex <sup>b</sup> Paulo colligitur qui ellebori radices  
 ad sesami magnitudinē dissectas in potu exhi-  
 bet, nā intenuissimū redactæ pollinē viriū effi-  
 cacia

<sup>a</sup>  
 Tetr. I. scr. 3. c. 131

<sup>b</sup>  
 Lib. 7. cap. 10.

cacia strágulationes parere admonet. Delathyride similiter manifestè cōstat ex eodē<sup>a</sup> Paulo eius grana quo tenuius contrita propinentur, eo valentius purgare. Ita enim de his scribit: lathyrides bilem purgant sicut veratrū et scāmoniū. offerentur igitur septem octouè et vsq; ad quindecim, Robustis sanè & qui liberaliori indigent purgatione māducari præcipe: imbecillioribus & malo præditis stomacho integras ipsas deuorare. de scāmonio quoq; nemo vsquā animaduertit neq; experimēto vnquam cōperitū est expurgantem eius facultatē ex tenui læuigatione diureticā reddi. immò ipse Pharmacopœorū dux Nicolaus in pillulis sine quibus præcipit benè tritū & cū succo fœniculi per pānum expressū admisceri. Turbit etiā læuissimè terunt<sup>b</sup> multi in cōpositionibus, &<sup>c</sup> Serapio illud in magnis antidotis (qualia sunt quæ fermētationē perfectā recipiunt) tenuissimè terendum tradit, & similiter vbiq; viscidā pituitā purgare oporteat. neq; id vt ineptè dictū in eo redarguitur: sed ratio causavē quā ille eius effectus attulit improbatur: quòd, nimirū, tenuius tritū pituitæ adhæreat. Quòd aut eodē loco dixerit, quòd si exhibédū esset in medicinis laxatiuis, cribretur cū cribro raro, vt sit in eo aliqua grossi-

<sup>a</sup>  
Li. 7. cap. 4.

<sup>b</sup>  
Antonius Musa in  
exam. pil. aggreg.  
omnes in eis pulueres  
subtilissimos fore  
re admonet: & de  
turbit ac colocynthā  
de speciatim asserit  
in puluerē subtilissimū  
esse redigenda.  
Fernelius quoque li.  
sue meth. 7. in dia-  
phænico turpethum  
tenuissimè tritum in-  
spergit.

<sup>c</sup>  
Tract. de simplicib.  
c. 330. de turbit.

grosities ne adhæreat villis stomachi: huiusmodi erratum in plerisque omnibus valentius expurgantibus medicamentis (vt iam aduertimus) notabitur. Ita enim de colocynthide<sup>a</sup> dixerat, quòd non multum teratur, ne adhæreat intestinis & vlceret ea: & de<sup>b</sup> scammonio quòd non debet multum teri ne adhæreat stomacho & noceat ei multum. Nec verò ille in hoc deceptus est, quòd læuissimè trita cathartica medicamèta minus expurgare existimaret. quin potius quòd ita magis iuxta eius sententiam expurgarent, apertè exijs colligitur quæ ipse de<sup>c</sup> aloë scripsit, quòd (nimirum) si subtiliter teratur adhæret villis stomachi, & hoc modo plus purgat. Porrò verum hoc esse in vniuersum, ac non solum de medicamentis præfatis, sed & de quibuslibet alijs valenter expurgantibus statui posse, non modò ex subtili eorum læuigatione vim suam per aluum purgandi non amittere, sed eo magis aut saltem violentius expurgatura quo tenuius trita fuerint, ratione ipsa conuinci videtur. quippe quum vt facilius est impleri potu quàm cibo, sic quantò tenuius læuigata aut etiam liquidiora fuerint medicamenta, tantò melius ac perfectius (vt loqui solent) actuentur, cæleriusq; in corpus rapiuntur,

&amp;

<sup>a</sup>  
Cap. 281.<sup>b</sup>  
Cap. 303.<sup>c</sup>  
Cap. 201.

& latius sese diffundent, angustosq; partium  
 meatus penetrabunt: quas ita citius quidem ac  
 vehementius afficient. vndè si hoc modo læui-  
 gata propinentur sola expurgátia maligna, ma-  
 gis quidem eorum vaporibus atq; etiam aliquã  
 ta tenuioris eorum substantiæ portione partes  
 principes ferientur ac vellicabuntur: euenietq;  
 vt ex maiori horum impetu & efficientia cum  
 mulatius succi alliciantur ac trahátur, maiorq;  
 inde, aut si in aliquibus non maior, violentior  
 saltem ex nimia eorum cõmotione, consequa-  
 tur purgatio. vndè non iniuria suspectum esse  
 debet quod Ioubertus in sua Pharmaceutice,  
 communi Pharmacopolarum ac vulgariũ me-  
 dicorum errore ductus, scripsit, trituram cras-  
 siorem omnibus ferè cathartice conuenire,  
 quippe quum tardius meant vehemētius agát.  
 Atque sapientius ille quidem <sup>a</sup> lib. suorum pa-  
 radoxorum dixerat, tenuiorem trituram mul-  
 tum conferre ad actionem medicamentorum  
 tum faciliorem tum euidentiore. Minus ve-  
 rò ferendum quod Ferdinandus <sup>b</sup> Mena dixit,  
 quòd quanto in maiores partes effractum fue-  
 rit purgans medicamētum, tanto felicius tra-  
 ctionem suam in ventriculum perficiet: dum-  
 modo non præpediat quam vocant actuationem.

<sup>a</sup> Lib. I. parad. I.

<sup>b</sup> In suis comment. in  
 Gal. lib. quos quibus  
 & quando purg. or-  
 port.



<sup>a</sup>  
In examine pil. sine  
quibus.

nem. At verius quidem dixerat <sup>a</sup> Antonius mu-  
sa, de Pharmacopœorum dubio prudenter sta-  
tuens, an scammonium pillulis ingredi debeat  
in tenuissimum puluerem vel in crassum reda-  
ctum: Quòd si quis scammonium in puluerem  
reductū, & nulli compositioni mistum, sed vel  
ex vino vel iure infumeret, graua fortè symp-  
tomata pateretur. At cum in pillulas conforma-  
tur, multa commista habet, & in tota compo-  
sitione nō est amplius puluis, sed crassius quod-  
dam corpus. & cum vètriculi calore eliquatur;  
in puluerem non educitur, sed in substantiam  
quādam liquidam. Atq; ita doctissimus medi-  
cus <sup>b</sup> Ioannes Fernelius asserere non dubitauit  
pillularum drachmam vnam liquore solutam  
non minus purgaturam quàm duriorum duas.  
& <sup>c</sup> Andernacus quidem suis scriptis cauet, ne  
scammonium ex iure aliquo aut in catapotia  
reductū cum iusculis præbeatur. Sic enim per-  
niciem potius quàm sanitatem ad ferre solet.  
Quòd ille ex <sup>d</sup> Amato accepisse videtur, qui  
scammonium aut pillulas iuribus eliquatas in  
in potu exhiberi magnis obsecrationibus ve-  
tat. Quippe quum inde multis mors subsequa-  
tur. idq; nō modò experimèto cōprobare, sed et  
<sup>e</sup> Actuarij auctoritate confirmare nititur, qui  
in

<sup>b</sup>  
Li. 4. meth. c. 14.

<sup>c</sup>  
Lib. de medic. vet. et  
nou. cōm. 2. dial. 5.

<sup>d</sup>  
In suis cōm. i. Diosc.  
li. 4. c. de scāmōnio.

<sup>e</sup>  
Li. de medic. cōpos.

in hunc modū scripserat: scammoniū verò non cenſeo iuribus inferendum, quòd experientia compertum eſt, id cum ipsis cōciliari non poſſe. In quo tamen aduertendum videtur nō eſſe Actuarij mentem scammonium in aliquo humore exceptum nunquam ſimpliciter propinā dum eſſe: cum ipſe<sup>a</sup> antea vbi de scammonio ſeorſim egiſſet, ita ſcriberet: datur per ſe ex melle vel ptifanæ cremore, quibus clam volumus hanc potionem præbere: ſed illud tātum voluiſſe, quòd in iuribus, quorū illic meminit, exceptum non aſſumeretur, quoniam cum illis minimè conciliari comperiſſet. attamen vt cumq; explicetur Actuarius, ex Fernelij quidē, & aliorum quos citauimus, ſentētia manifeſtū ſit scammonium per ſe liquore aliquo exceptū vel ſolutū magis quidem aut ſaltem violentius purgaturum, quàm in catapotijs exhibitum. id quod etiam vnumquemq; periculum faciētem experientia ipſa comprobaturum cum præſatis auctōribus arbitramur. quòd verò de reliquis valenter expurgantibus ſit idem ſentiendum: vt ratione eadem conuincitur, ita experimento quoque perinde ac in scammonio euenturum minimè dubitamus.

Quòd ſi aliquis contra Fernelij & aliorum

doctissimorum hominum sententiam contendat medicamenta nulla tenuius læuigata magis expurgare quàm crassiusculè trita, atq; maligna illa medicamenta ex nimia eorum læuigatione facilius in ventriculo actuationem vocatam suscipientia, indeq; celerius in corporis partes rapta & penitus earum meatus subeuntia, humores potius cōmouere, quàm vacuare. etiam si contrarium in plærisq; ipsa attestetur experientia, & in paucissimis illud quidem cōtingat: nihilominus id ipsum tanquam verum eis in omnibus etiam cōcedemus, vt pote æssertioni nostræ nihil officiens, dummodò nobis, id quod neutiquàm inficiari poterunt, concedāt, illa eadem medicamenta, quæ sua nimia ac violenta traxione humores commouerunt & nō vacuarunt, eos quidem per vrinas nunquam vacuasse: atque in illa maxima humorum agitatione, vbicunq; contigerit, multò minus quidem per vesicam quàm per aluum successuram vacationem. Sed vt eo vndè digressus sum reuertar, quamquàm in aliquibus medicamentis magni momenti sit ad diuersas facultates exercendas eorum tritura crassior aut tenuior: id tamen in omnibus non contingit. Quod verò dixit Galenus de diospolitici tritura agens, eius-

eiufmodi præcepti in omnium medicamento-  
rum compositione meminiffe expedire: id qui-  
dem nihil nobis aduerfatur, vt noſtri credunt  
Pharmacopœi. ſiquidem non vult illic Galenus  
pro præcepto vniuerſali cenſeri (vt ipſi ineptè  
interpretantur) quòd medicamenta quæcunq;  
crasſius trita aluum ducant, tenuius trita vrinã  
moueant: neque enim de diacalaminthes me-  
dicamento, de quo tunc agebat, & cuius gratia  
dioſpolitici meminit, aliquid tale protulit. Sed  
illud dumtaxat pro præcepto vniuerſali obſer-  
uari commendat, quod proximè præcedenti-  
bus verbis admonuerat, tenuius trita in totum  
corporis habitum maximè digeri: è diuerſo  
antem crasſius trita in ventre hæere, vt quæ te-  
nues venas ac corporis meatus ſubire æque-  
ant. Atq; hinc fieri vt medicamentum dioſpo-  
liticon crasſius tritum deiciat aluum, minu-  
tiſſimè verò læuigatum vrinas moueat. Et ſimi-  
liter quæcunq; medicamenta duplici ſint facul-  
tate prædita, tum aluum ſolvente tum vrinas  
ciente, ſi in ſubtilem pollinem redigantur, cum  
in ventriculo moram non faciant, peruadentia  
corpus, per vrinas, menſes, aut ſudores, potius  
quàm per ſeceſſum, excrementa detrudant.  
Atq; hic eſt verus Galeni in præfato loco ſen-

sus. non quòd ille tam absurdam vnquam sententiam somniauerit, quæcumq; per alium deiectoriam facultatem habeant, tenuius còtrita eam amittere ac diureticam acquirere. Quum potius in validè expurgantibus medicamentis deiectoria eorum vis per tenuissimam triturã non modò non deperdatur, sed validior multò (vt abundè iam ostensum est) reddatur: ex reliquis verò expurgantibus paucissima admodum sint, in quibus hoc còtingere possit. Adeò autem huiuscemodi facultatum transmutationem parui pendit Galenus in expurgantibus omnibus medicamentis, vt vel in hiera ipsa ab Andromacho ad stomachicos composita, præcipiat<sup>a</sup> lib. 8. de comp. Pharm. sec. loc. omnia ex quibus componitur, nempe, iunci odorati flores, xylabolsamum, mastichem, crocũ, nardũ indicam, asarum, cinnamomum, & aloem, <sup>ὅμν</sup> *λεάνες*, idest, simul læuigata reponi: non contentus dicere *τριβας*, quòd propriè significat trita, vt <sup>b</sup> *λεάνες* tenuiter trita. tametsi Cornarius haud satis aptè in hoc, vt nec in multis alijs huius libri locis, trita tantum verterit. Ex quibus iam euidentissimè constat in expurgantibus medicamētis non tanti momenti esse illum trituræ scopum quo nouã aliquam facultatē medica-

Cap. 2.

b

*λεάνω* enim vel *λεάνω*, vt *ἁλειώω*, cor respòdet verbo latino *leuo* seu *leuigo*. Quod vt propriè significat idem quod *còplano* seu *polio*, ita etiã designat idè quod *tenuiter tero*. atq; ita quãdo vocibus *λεάνω* vel *λεάνω* aut *λεióω* exprimitur id quod designat *molo* aut *tero* oportebit accipere eã moliturã aut triturã, tenuem, qualè exprimit verbũ *λεuíγο*. vt voces illæ Græcè id ipsum significent quod *λείοτριβέω*, seu *εἰς λεπὰ τε τριβω*.

dicamento acquiri proponitur, quin aliorum cuiusque non sit maior ratio habenda. Quod idem quoque de ea trituræ indicatione, quæ à parte affecta aut loco desumitur, similiter intelligetur. Reliquum iam est ut de eo trituræ scopo agam, quo medicamenta melius cõmiscere studemus. quod quidem reliquis omnibus scopis præferri debere, ac tenuissimã omnium triturã exposcere, sic ostendã. Cõpositorum medicamentorum triplex est genus. vnum, in quo quæ à medicis fermentatio dicitur spectatur, nimirum, mutua facultatum simplicium medicamentorum compositum ingredientium actio & passio à philosophis appellata, eo usque procedens, quoad alia tertia ex omnibus in ipso composito confletur facultas. cuiusmodi medicamentum est verè mistum arte factum: qualia sunt antidota illa magna à veteribus cõposita: theriaca, Myrridates, aurea Alexandria, & alia similia: sic & electaria dicta, & alia quæcunque compositiones, in quibus vel liquida tantum, vel liquida cum siccis arte ac caloris ope conuenienter permiscentur. Alterum est eorum, quæ etsi ita cõmodè misceri nequeant ut perfectã fermentationem quam exigunt perfectè mixta cõsequantur, arte tamẽ ita cõponuntur ut diutius seruata

mistio-

mistionis rationem adumbrent, & quodammodo fermentationem aliquam recipiāt: quæ etsi non sit illa vera actio & passio facultatum medicamentorum simplicium ipsum compositum cōstituentium, qua ex iisdem licet diuersa potentibus vna tamen facultas consurgat, vt dixit <sup>a</sup> Mesues: nihilominus potentiorum medicamentorum vires quadamtenus aliorum eis admistorum consortio ac concursione perfringuntur. de qua fermentatione intelligebat <sup>b</sup> Fernelius, quum monuit pillularum misturā initio molliusculam esse debere, vt simplicium concursione fermentatio proba fieret. Huius etenim generis medicamenta sunt ea, quæ in officinis pillularum forma vel alia simili parantur. Tertium autem compositorum medicamentorum genus est eorum, in quibus nulla prorsus fermentatio spectatur: cuius generis sunt pulueres omnes ex rebus siccis constātes, citra vllam rei alicuius humidæ misturā. Quòd itaq; in compositis omnibus medicamentis, quæ verè mista sunt, ac exactam fermentationem suscipiunt, potissima sit habenda ratio huius scopi, quo medicamenta melius commiscere intendimus, & quòd vt exactius misceantur medicamenta in exquisitum læuorem trita esse

<sup>a</sup>  
In suis cannon. vni-  
uersal.

<sup>b</sup>  
Lib. 4. meth. c. 5.

esse oporteat, ex ipsa miftionis natura ac ratione constat. Potissimum enim in miftione propositum est, vt omnia simplicia quæ commiscantur, in vnitatem coëant (vt inquit <sup>a</sup> Actuaris) quo maximè se inuicem afficiant, & tandem ex mutua illorum actione & passione vna in composito (vt dixi) facultas emergat. est siquidem miftio nihil aliud (vt nos docuit <sup>b</sup> Aristoteles) quàm miftilium alteratorum vnio. Sed quo subtilius in læuissimum puluerem cõminuta illa fuerint: cum partibus suis minimis se mutuò contingant, promptius & valentius id efficient. igitur nihil æquè eiusmodi miftioni conducere valebit, atq; ipsa siccorum simplicium in mollissimum puluerem læuigatio: nec contrà aliud magis eidem obstabit, quàm illorum crassior tritura. Atq; ita dixerat <sup>c</sup> Galenus nihil per totum cum alio posse commisceri, nisi prius in partes exiguas fuerit comminutum. Quoniam verò ab omnibus receptũ est perfectam fermentationem electarijs inesse, ac verè mifta per artem facta dici illa posse: necessariò iam consequitur, medicamenta sicca, illa ingredientia, quæ in puluerem redigere ipsorũ mandant auctores, terèda cuncta esse læuissimè. id quod etiam testatur Nicolaus ille Alexádrinus

<sup>a</sup>  
Lib. de medic. compos.  
propè initium.

<sup>b</sup>  
Lib. I. de gener. &  
cor. cap. ultimo.

<sup>c</sup>  
Lib. 12. de vsu part.  
cap. 3.



vetustior, cuius personam induit apud Pharmacopœos Salernitanus Nicolaus, in proœmio sui antidotarij ita scribens: pulveris autem cribratio duobus modis fieri debet. nam in electarijs subtilissimè cribari debet: in alijs verò medicinis crassius, maximè in laxatiuis. vndè in hoc saltem culpa se excusare nostri Pharmacopœi nequeunt, quòd contra sui Nicolai oraculum in electarijs medicamenta expurgantia crasso modo terant. Quòd verò similitè sint subtiliter terendi pulveres in secundo compositorum genere, quæ licet verè mista dici nequeant, aliquam tamen fermentationem suscipiunt, vt pillulæ, si eiusmodi compositiones ingrediuntur expurgantia aliqua medicamenta ex malignis ac validè purgantibus, inde etiam euincitur, quòd ex læui trituratione iuxta eius tertium scopum à Mesue commendatum, malitia expurgantium haud parum subducitur ac aboletur. Deinde vt illorum malitia aliorum sibi adiunctorum freno compescatur, Necessarium omninò est, vt omnes eorum particulæ cum aliorum particulis quàm minutissimè fieri possit diuisis, se inuicem cõtiant (perinde ac dixi necessariũ esse in vera mitione) vt eorum malefica vis à benigniorum miscella ac

con-

confortio comprimatur, & promptius in agendo ac patiendo cūcta veluti fermentetur. Quā enim quæso in scammonio vel turbit, quod in pillulis post earū cōpositionis annū maior milio aut sesamo reperitur tale omninò quale seruat in pixide, correctio aliqua aut represio eorū malignæ facultatis sperari poterit. quū vt hoc fieri possit, oporteat omnia sibi ad ipsorū malitiam cōpescendā cōmixta eo vsq; permisceri ac cōfundi, dū ex mutua eorū qualitatū actione substantiarū quædā sit æquabilitas & æquabilis omniū vnitas. verū enim verò quamquam expurgantia illa maligna pillulas ingrediētia correctā antea fuisset, vt si scāmoniū in cytonio malo coctū prius esset: ne tūc quidem crassa illa tritura quæ inter puluerū terminos cōtinetur eis cōueniret. tantū abest, vt mostrosa illa expurgantiū medicamentorū cōtusio à nostris Pharmacopœis in pillulis vsitata ferri vllō modo possit. Quis enim ex eiusmodi tritura eam nō pertimescet in medicamentis purgādis anomalam, quam Hippocrates & Galenus Canepius & Angue (vti dicitur) vitandam semper docuerunt. Deinde nisi pillularū massa pro singulis dosibus conficiatur, quo ingenio aut arte cōsequi poterit, quin in vna dosi plurimū,

in alia verò parum aut nihil validi expurgantis ingrediatur. Quod quátum incommodum sit nemo non videt. Atq; idcirco medicamenta talia, si non tenuissimè læuigata, saltem adeò tenuiter trita esse oportebit, vt æqualiter omnia commisceri possint, nec in vna dosi plus reperiatur ex aliquo præfatorum validè expurgantium quàm in alia. Eiusmodi autem trituram non modò in scámonio correcto, sed & in non correcto, ac alijs etiam validè expurgantibus concedimus, ne nimium morosi nōnullis viris doctis hoc ita decernentibus videamur. Quòd si pillulæ aut alia quæcunq; secundi generis composita medicamenta, quæ ad expurgandum in forma solida solent exhiberi, ex benignioribus sint composita medicamentis citra maligni alicuius medicamenti misturam: tunc quidem quæ inter ea adeò tenui ac superficiaria sint prædita substantia, vt ex nimia trituræ eorum vires exolui ac dissipari posse timeamus, hac tantum ratione non esse subtiliter læuiganda censerem: non autem ea quæ vulgò dici solet, vt ex maiori in ventriculo mora foelicio succedat purgatio. Quippe forma solida qua exhibentur talia pharmaca vicem crassissimæ trituræ gerit: maiorq; ex hoc modo exhibit

bito

bito medicamento mora in stomacho sperari potest, quàm si crassè tritum & iure aliquo exceptum in potu propinetur. Atq; ita apertè constat nihil omninò in huiusmodi medicamentis compositis impedire tenuissimam trituram eorum quæ haud omninò superficiariam sortita sint substantiam: tenuem verò eorum quorum substantia adeò læuissimam trituram non sustineat. Immò etiam vel in his maximè procurari debere, vt quantum eorum substantiæ natura permittat, tenuior sit trituram, vt melius quoad id fieri possit omnia simul misceantur, atq; ita eam fermentationem consequi valeant quam ipsius compositionis modus suscipere queat. Cui etiam adde Galeni auctoritatem, cui vni contra omnium aliter sentientium turbam abundè satis ponderis esse debet. Is enim in suis de<sup>a</sup> composit. Phar. lib. vbi catapotiorum & similiarum compositionum meminit, sicca omnia ex quibus componuntur tenuiter læuigare mandat. At enim si medicamenta componenda in puluerum forma seruanda sint, quale esse dicitur tertium compositorum medicamentorum genus: tunc omnia crassiusculè terenda existimarem, vbi ad ventriculi aut partium ei vicinarum curandos aliquos affectus eadè exhibere opus fuerit:

a  
 Vt lib. 7. de comp: Pharm. sec. lo. c. 3. in catapotio cōcoctoria ex libris Perigenis ad tuſſim & deſtillationē, præcipiēs res eius cōpoſitionis ſiccās λεῶνας, i. læuigatas excipere. & in catapotio alio ad omnē tuſſim & fluxionem & abſceſſus internos ex Apollonio, vbi ſicca quoq; λεῶνα, quod ſimiliter læuigata ſignificat, aqua excipere iubet. Quibus in locis, vt & in alijs multis Ianus cornar. λεῶνας & λεῶνα minus. quidem proprie (vt iam aduertimus) vertit trita.

fuerit : quoniam hoc modo trita maiorem in ventriculo moram facientia fælicius ac plenius actiones suas absoluent : vt è diuerso si affectus curandus fuerit in aliquo ex remotioribus à ventriculo mèbris, tenuius erunt iuxta Gale- ni præceptum læuiganda. Demum si ex valen- tioribus illis ac malignioribus catharticis ali- quod solum per se in pulueres redactum propi- nare cõueniat, crassius quidem tritũ exhiben- dum censerem : nec modò id crassè tritum, sed in forma solidiori cõmodius multò exhibebi- tur. Ita enim & innocentius purgabit, & maio- rem morã in ventriculo faciens à remotioribus partibus succos expurgandos trahet. Nã quem admodum cõposita medicamenta in pillularũ aut alia solida forma exhibita ob maiorẽ quam faciunt in ventriculo moram ex remotioribus corporis partibus succos trahent, quàm si liqui- diori alia forma sint assumpta : ita & eadem si- militer ratione maligna expurgantia simplicia quia quo crassius fuerint trita eo maiorẽ in ven- triculo moram contrahent, ipsius quidẽ moræ ratione è remotioribus partibus humores eli- cient. Quãquàm alioqui nõ tanta copia eos tra- hent atq; euacuabunt, quàm si eadem tenuius cõtrita exhiberentur. vt enim antea à me ostẽ-  
sum

sum est, eiusmodi valenter expurgãtia medica-  
menta efficacius quidem trahunt & euacuant  
tenuiter comminuta quàm crassius tusa aut  
integra deuorata. Nec verò alicui dissonum  
aut à ratione alienum videatur, quòd huius-  
modi medicamenta in solidiori forma vel  
crassiori trituratione exhibita à remotiori-  
bus partibus, sed minus, trahant & euacuent  
humores, quàm si liquidiori propinentur for-  
ma, vel tenuius læuigata: Quum ferè idem in  
igne eueniat, qui panes quos moderatus exi-  
stens in furno exactè tam interius quàm ex-  
terius concoquit: nimium contrà accensus,  
illos inflàmans, exterius adurit, interius ve-  
rò percoquit: & similiter carniùm in veru ex-  
ternas quidem partes exurit, intimas autè cru-  
das relinquit. Quoniam itaq; medicamentũ va-  
lèter expurgãs tenuiter tritũ atq; in iure aliquo  
dilutum melius ventriculi calore elaboratur,  
quàm solidiori forma deuoratũ, & iccirco ma-  
gis ad suas opere exprimendas facultates susci-  
tatur ac promouetur, & perfectius (vt dici so-  
let) actuatur: suis quidè integris viribus poten-  
tius redditũ, tãquam solutis habenis, tum sub-  
stantia eius tenui in corpus peruadente, tum va-  
poribus largius ex ventriculo trãmissis, humo-  
res

res cunctos valenter ad ipsum ventriculum ac intestina conuehit, & partes circumuicinas vellicans humores quoscunq; obuios confertim deturbat, simulq; cū illis educitur, anteaquam ad remotiora permanere possit. quippe quum liquidius existens, facilius à natura, eius violentiam ac furorem auersata, succisq; ab eo attractis irritata, cum iisdem per aluum detruditur. Atq; hoc sanè modo & cum hisce à me præfinitis limitibus ac cautiūculis intelligendos credo omnes bonos auctores, quicunq; expurgantia Pharmaca crasso modo trita exhibenda scripserunt. & Siluium quum scammonium in catapotijs esse crassius terendum præcipit, vel amicè interpretandum, vt in multis alijs suis scriptis interpretari oportuerit: vel eius opinionem vti falsam ac rationi & doctiorum auctoritatibus repugnantem rejiciendā. quæ tamen amicè explicari poterit, si dicamus per crassius intelligere minus subtile, quàm in reliquis compositionibus: vel si scammonium in ipsis catapotijs esset in succo aliquo soluendum, vt fit in pillulis sine quibus & de fumaris: aut cū ipsum scammonium est incoquendum, vti sese interpretatus est ipse in ijs quæ antea ex illo citauimus. Quo etiā modo intelligit Ioubertus in sua Pharmac.

in annotation. in ellect. è succo rosar. Nico. ita in-  
 quuens: porrò crassiusculè tritum esse volunt  
 scammonium. quod admitto si fuerit coquen-  
 dum, aut calidissimo syrupo permiscendum,  
 quo dissoluatur exactè. alias tenuissimè pulue-  
 rari debet, vt exactius permisceatur. nec læui-  
 gatio exacta nocet, vbi coctionem ferre nõ de-  
 bet. Qui enim scribunt hoc crasso modo teri  
 debere, supponunt esse coquendum cytonio  
 malo, vel aliter. Sed qui hanc opinionem tueri  
 student, rursus mihi obijcient, tũ ex Mesue tum  
 ex aliorum doctissimorum medicorum senten-  
 tia, non omnia medicamenta vniformiter te-  
 renda: sed quæ ex illis vim in substantia tenui  
 ac superficiaria sitam sortiuntur, crassiusculè et  
 minus accuratè terenda esse: vt flores & aro-  
 mata, quorum nimis attenuatorum vis facilè  
 disperditur: quæ autem vim & facultatem in  
 substantia crassa positam obtinent, tenuissimè  
 & in exquisitum læuorem terenda. atq; ex ex-  
 purgantibus medicamentis nonnulla vim su-  
 perficiariam habere, quæ magnã trituram mi-  
 nimè ferant: ex quibus vnum est scãmonium,  
 cuius præcipuè causa quæstio hæc orta est. Nã  
 de illo scribens<sup>a</sup> Mesues, ita ait: & ipsum de tri-  
 turatione modicum sustinet, qua propter

L           opor-

<sup>a</sup>  
 Cap. proprie de scã  
 monia.



oportet vt in eius contritione non nimium in-  
 sistatur. Et de tritura in vniuersum agens, ita  
<sup>b</sup> scribit: sunt quædam quorum virtus citò tol-  
 litur: vt sunt debilis texturæ: & huiusmodi nõ  
 multa indigent trituratione: sicut scammonia  
 Antiochena bona, verum in grossa expedit vt  
 plus in triturando insistas. omnia enim quantò  
 plus vel minus sunt grossa vel subtilia, tãtò plus  
 vel minus opera triturationis indigēt. Similiter  
 autē Auicena multã scammonij triturã videtur  
 damnare, ita <sup>b</sup> scribens: & ex medicinis sunt  
 quædã quarum virtus propter contritionẽ de-  
 struitur, sicut scãmonia. Quare oportet vt vlti-  
 ma facilitate conteratur, ne ex contritione cali-  
 ditas eam consequatur, corrumpens eius virtu-  
 tem. Prætereà, quum non modò iuxta Mesuæ,  
 sed & iuxta Galeni præceptum, nobis quoq;  
 receptum, in illo de diospolitico exemplo, ea  
 medicamenta quæ in corpus altius penetrare  
 studeamus, in tenuissimum pollinem terere  
 oporteat: contra verò negligentius quæ mo-  
 ram in ventriculo aut ei vicinioribus partibus  
 facere velimus: Atq; ex expurgantibus medica-  
 mentis quædam etiam sint quæ ex nimia læ-  
 uigatione expurgandi facultatem, quam cras-  
 siusculè trita possidebant, amittant, aliamq;  
 nouam

<sup>a</sup>  
 In cãnonibus vni-  
 uersalibus. capit. de  
 tritura.

<sup>b</sup>  
 Lib. 2. tr. 1. cap. 5.

nouam per vrinas mouendi acquirant : vt in Rhabarbaro concessi : Quo nam pacto ego hic omnia tenuissimè terenda esse contendo ? Pro quibus obiectionibus dissoluen- dis , animaduertendum est , quod alij etiam ante me tradidere , duos esse terendi medica- menta modos : alterum quo medicamenta aliqua valido pistilli ictu tundi oporteat , a- lia verò quæ clementer friare conueniat du- cto per mortarium molliter pistillo . Alte- rum , quo rursus alia medicamenta diutius , vt potè , trituram longam sustinentia : alia verò pa- rum diu , vt potè eam breuem exigentia , teri oporteat . Animaduertendum etiam quòd ex medicamētis alia sunt quæ vt in subtilissimum puluerem comminui possint , tum valenter tum diutius teri ex postulant : alia contra , quæ nec longiorem , nec validam trituram susti- nentia , parum diu ac clementer friare expedi- at , etiam si in tenuissimum pollinem redi- genda forent . Alia quæ longiusculam tritu- ram sustinentia , validum tamen pistilli ictum non ferunt : & è diuersò alia quæ pistilli ictum ferentia , longam tamen trituræ mo- ram minimè sustineant . Quamquam verò medicamenta ea quæ validam & longiorem

triturationem, aut alterutrum non sustinent, si contra triturationis suae substantiae congruentem modum, citra ullam artis cautionem, mollissimè læuigentur, quam plurimum ex substantia ipsorum tenui & suis viribus amittant, nihilominus falsissimum est quod nonnulli credunt aliquod posse dari medicamentum quod neuti-quàm mollissimè læuigari possit, quin contra substantiae suae exigentiam teratur: vnde si eiusmodi medicamentum læuigetur in tenuissimū puluerem, necessariò eius tenuem substantiam difflari vel vires deperdi. Ita enim natura constitutum est, iugiter hæc inter se adeò consentire, ut nullum sit medicamentum quod validam ac longam triturationem exposcat, quin ut in leuissimum puluerem redigatur, eadem valida ac longa tritura indigeat: & contra nullum ex his quæ nec validam nec longam triturationem ferunt, quin clementi pistilli plaga ac breui triturationis mora in leuissimum puluerem reddi possit. Quod ex ipsa rerum natura ac constitutione manifestò consequitur. Quæcunq; enim validam ac longam triturationem sustinet, eadem sua natura substantiam crassam densam & duram, aut lentam, lignosam, neruosam, aut membranofam, lapidosam, aut metallicam sortiri necesse est

est. Hæc autem eadem rebus omnibus conueniunt fractu contumacibus, & quæ longam ac validam trituram exoptulant vt tenuissimè læuigari possint, quippe quæ vires suas validas in profundo sitas ac ægrè solubiles obtineant. Similiter quæcunq; neq; longam nec validam ferunt trituram, necessarium est substantia cōstare tenui rara friabiliq;, & quòd vires imbecillas ac superficiarias obtineant: hæc autem eadem etiam conueniunt ac consentiunt cum ijs quæ clementer tantum ac parum diu trita facilè in mollissimum puluerè læuigari queât. Porrò id ipsum quoq; vt ab omnibus receptū ac ipsa rerum notione confirmatū asserit<sup>a</sup> Galenus, inquiens: tenuium esse partium ea dici quæ facilè in tenues partes comminuuntur ~~et~~ solidarum crassarumq; partium, quæ contra: tum dura viscosaq;, ægrè ac difficulter, aut non omninò, in tenues comminui posse: fragilia verò, & quæ citra viscositatem mollia sunt, promptè in tenues solui. Neq; verò inficior medicamēta multa reperiri quibus aliquantulum longiori aut minus clementi tritura, quàm eorum substantiæ modus exigat, comminutis, facilius ac promptius eorum vel substantia tenuis diffletur ac euolet, vel vis ac facultas exhaletur ac

<sup>a</sup>  
Lib. de simpl. med.  
fac. cap. 11.

pereat, quàm in alijs eundem triturae modum exposcentibus contingere posset. Immò etiam esse quæ tametsi conuenienti suæ ipsorum substantiæ modo lævigentur: tamen adeò tenui exolubili ac faciliè inflammabili substantia sunt prædita, vt nisi maxima diligentia ac arte terantur, non parum ex illorum substantia ac viribus euanescat & resoluatur. His ita expositis, facillimum iam erit proposita argumenta diluere. Quod enim dicunt medicamenta nonnulla esse quæ substantiam tenuem ac superficiariam sortita crassiusculè & minus acuratè teri conueniat, quoniam nimis attenuatorum vis faciliè ac promptè disperditur: partim quidem concedo, ac partim nego. Concedo libenter, & assero etiam, verissimum esse quòd multa sint tenui ac superficialia substantia prædita, quæ nec longam nec validam trituram sustineant: sed quòd inde consequatur ea crassiusculè fore perpetuò terenda, quoniam eorum nimis attenuatorum vis faciliè disperditur, id verò nego. Sed quæ sunt substantia tenui prædita, per se sola exhibita aut in pulueribus cum alijs commista, crassiusculè aut minus accuratè terenda censentur optimè. At in compositionibus ijs, in  
quibus

quibus, vel vera mistio contingit, vel aliqua fermentatio expectatur, subtilissimè<sup>a</sup> omnia læuigari rationibus à me antea traditis omnino necessarium est. Neq; timendum ne eorum nimis attenuatorum vis facilè disperdatur, quoniam quantuncūq; tenui ac inflammabili substantia sint prædita, si iuxta artis præcepta terantur, impossibile est ex eorum tenui tritura vires suas disperdi. Quòd Galeni præceptum vniuersale sit obseruandum, quo in ventriculi aut ei vicinarum partium affectibus crassius, vt in remotiorum ab eo partium curatione, tenuius sint terenda medicamenta, ego quoq; assero & cōmendo: neq; aliquid ei contradico cum in electarijs aut pillulis omnia læuissimè teri præcipio. pillularum enim massa, & electaria etiam ipsa, si ad solidam formam reducantur vt in bolo deuorentur, maiorem moram in ventriculo faciunt, quamvis omnia simplicia ex quibus composita fuerint sint mollissimè læuigata, quàm quivis pulueres perfecte exhibiti. Quod autem de scammonio expressis verbis scribit Mesues, de trituratione modicum sustinere: & ego de Rhabarbaro concedo, tenuissimè læuigatum vrinas mouere, crassius verò tritum per ventrem expurgare.

Hæc

a

*Præter nonnulla ex validis expurgantibus, & potissimum scammonium, que in pillulis & alijs cōpositionibus in quibus vera mistio non contingit, minus subtiliter terenda concedimus.*

Hæc quidem tenuius cribrata nullum omninò negotium mihi faceffent. si enim Mesues per verba illa à me citata sentire voluit scammonium nullo modo subtiliter læuigari posse, citra eius virium dissolutionem ac iacturam: falsum id esse ex his quæ iam demonstraui apparet: atque iure optimo in eo à Manardo reprehenditur. Sin potius nihil ille tale intelligit, nisi tantum scammonium longam trituram non ferre (vt ipse se ipsum apertissimè declarat, cū subdit: quare oportet vt in eius contritione non nimium insistatur) vel quòd contusionem quæ violenta manuum pulsione fiat non sustineat (vt Ioannes costæus & alij docti viri interpretantur) argumentum sanè ipsum euandidum, non autem scammonium, relinquitur. Adde quòd Mesues ipse hoc de scammonio Antiocheno & optimo dixerat, non autem de crasso ac deteriori, quale id omne est quod ad nos nunc affertur, de quo ita dixerat: verum in grossa scammonia expedit vt plus in triturando insistas. Quod autem dixit Auicena destrui virtutem scammonij propter contritionem: ex eius verbis statim subiunctis constat, per contritionem intelligere validam illam in triturando pistilli plagam: quam cum scammonium

non

non sustineat, friari illud clementer oportet. & hoc est quod ille dixit: vt vltima facilitate conteratur, ne ex contritione caliditas illud consequatur. Quod verò de Rhabarbaro concedo crassiusculè tritum per ventrem euacuare, tenuius verò, vrinas mouere: hoc quidem non est facultatem quam habet amittere, ac aliam nouam acquirere. Siquidem vna ac eadem facultas eius est humores sibi cognatos expurgandi. Quos aut per aluum, aut per vesicam cum vrinis iuxta eius trituræ modum pellit. Deinde cum vrinas illum mouere dicimus tenuiter læuigatum, intelligendum est, si illud solum aut cum alijs in puluerem redactum in potu præberetur: at in electarijs cum alijs simplicibus medicamentis mutuò vnitum, ac solidiori forma propinatum, cum in ventriculo moram faciat, perinde ac si perse crassè tritum exhiberetur, per aluum magis quàm per vesicam quocunq; modo tritum euacuabit. Vt igitur me tandem recipiam, ac sententiam nostram in summam colligam, pro vniuersali præcepto statuendum censeo, in omnibus medicamentis perfectam fermentationem recipientibus, perpetuò omnia trituram exigentia quàm tenuissimè esse læuiganda: in reliquis verò, si ex eo-

M rum



*mudus modo de  
per quanto ala  
por donde expelle  
umor y auiendo  
beller o por la ca  
s expelle per ur*

*Nota*



rum genere sint quæ fermentationem aliquam tametsi non perfectam admittant, similiter omnia tenuissimè terenda: præter ea quæ substantiam adeò tenuè ac exolubilem obtinuerint ut tantam triturationem citra suarum virium iacturam sustinere nequeant: hæc enim haud ita læuissimè, nisi quantum eorum substantiæ natura permittat, erunt tenuiter terenda. Expurgantia quoq; horum compositionem ingredientia poterunt similiter haud omninò exquisitè læuigari. Sin nulla omninò fermentatio in eis sperari possit, cuiusmodi sunt pulveres: tunc habita ratione loci aut partis affectæ, iuxta Galeni præceptum, ad stomachi affectus crassius, ad alios verò eò tenuius quo longius ab stomacho distiterint, erunt ipsi pulveres terendi. Quæquam vbi in illis expurgantia aliqua fuerint, de quibus hîc potissimum agitur, si benigna illa sint nihil omninò incômodabis si iuxta Galeni mentem etiam ad stomachi affectus tenuius terantur: nisi in quibus ob facultatem diureticam, quam simul cum solutiua obtinuerint, timeatur, ne humor per vrinarû vias deducatur. Ut in Rhabarbaro. Hæc enim crassiusculè teri oportebit. Similiter si expurgantia ipsa maligna fuerint, ex quorum violentia,

immo-

immodica expurgatio timeatur, crassius erunt terenda in puluere vna tantum dosi exhibendo: In puluere autem pluribus dosibus propinando, ea inter crassum & tenue mediocritate erunt terenda, vt æqualiter omnia misceri possint, neque plus ex eis in vna dosi quàm in alia reperiri possit. Neque aliquid ab hoc præcepto deterrere nos debet formido illa à Pharmacopolis iam diu concepta, quòd ea quæ sunt tenui ac superficiaria vel faciliè inflammabili substantia prædita medicamenta, subtilissimè trita promptè difflentur & euanescant ac vim amittant. Quum id arte præueniri possit: dummodo eam Pharmacopola, vt tenetur, exercere, ac sibi tradita præcepta omnia ad huiusmodi incommoda vitanda, obseruare studeat. Neque verò ad hoc tantum, sed ad ipsum trituræ opus peragendum, quamplurima extant præcepta. Qualia sunt in Rhabarbari tritura amygdalam aliquam aut cucurbitæ semen prius in mortario tundi: spicam, galangam, calamum aromaticum, cubebas, casiam, schenatum, asarum, dictamnium, scammonium, vt & aloë, colocynthidem, euphorbium, turbith, elleborum, & esulam, ac alia multa tam tenuis

quàm mediocris & crassæ substantiæ, olei rosacei guttula vna vel altera commodissimè teri. Sic Ambram & moscū vel aqua rosacea solui, vel cum alijs sibi adiunctis pulueribus friari. Et similiter camphoram vel liquore aliquo quod proposito magis vsui sit solui, vel cum pulueribus alijs quibus permisceri præcipitur comminui: vt & castoreum & spicam. Ne autem tenuior medicamento substantia pistilli plaga aut motione è mortario euolet, ac in auras euanescat, aut saltem vt id quàm minimum sit, omni arte procurabit Pharmacopœus. Quam sanè artem diligentissimè exactissimeq; nobis Critonis nomine tradidit Galenus<sup>a</sup> lib. de antidotis. Sin verò in aliquo ex huiusmodi valenter expurgantibus medicamentis, in quibus maximè timetur eiusmodi difflatio ac exolutio, Pharmacopolæ ars aut diligentia non fuerit tanta, quin aliqua substantiæ aut virium ipsius medicamento iactura contingat: eam parui faciendam censemus, præ vsu atq; emolumento quod mollissima tritura exactæ medicamentorum mistioni affert: nimirum vt mutuò ipsa vniantur. Qua etiam ratione similiter Galeno parum curæ fuit si ex tenuissima tritura medicamentorum theriacam ingredien-

<sup>a</sup>  
Lib. primo, in fine.


dientium substantiæ eorum tenuis pars aliqua difflueret. Adde quòd in hisce valenter expurgantibus id quod diffluit ac exhalatur, dummodo perpaucum sit (vt eueniet, nisi omninò iners ac negligēs sit Pharmacopœus) quodam modo correctionis vicem habet: siquidē cum eadem eorum tenuioris substantiæ ac virium etiam aliquantula iactura, plurimum etiam ipsorum violentæ ac effrenis facultatis infringitur: vt in scammonio, turbit, colocynthide, & similibus, tenuissima tritura sit eorum malignitatis veluti frenum & quædam castigatio. Atque si hoc malitiei medicamentorum frenum aliquantula eorum substantiæ ac virium iactura non ferunt Pharmacopœi: cur scámonij castigationem recipiunt, quæ fit ex eius incitonio coctura. Quum manifestissimū ut hoc modo correctū multò minus expurgare. Adde quòd quantulumcūq; esset damnū istud, leuissimo tamen impendio, conuenienti nimirum dosis medicamēti ipsius additiuncula, sarciri posset. Quid enim quæso intererit, si ex massa pillularum, cuius iusta idoneaque humori proposito expurgando quantitas esset drachma vna, pondere drachmæ vnus & granorum quinq; aut decē tibi exhibeatur? nonne

multò plus ex compositorum dosibus apud auctores præscriptis imminuere hætenus medici omnes quicumq; eas Hispanorum Pharmacopolarum drachmis expensas propinabāt? quas ipsæ quæ Romanis, Græcis, latinisq; omnibus, atq; adeò Arabibus auctoribus vsurpabantur, dimidio ferè scriptulo leuiores esse iamprehendimus & conuicimus. Ex quo fit vt quamquàm ipsis medicamentorum dosibus nihil deinceps addatur vltra pondus id quod eis auctores præscripsere, si iuxta vulgaris nostri marci pondera determinantur (vt determinanda ac ponderanda omnia esse medicamenta abundè ostendisse videmur) multò quidem maioris momenti erit quod in eiusmodi ponderum variatione vsurpatis hætenus dosibus accrescet, quàm quod ex scammonij aut alicuius alterius eiusmodi simplicis medicamenti exquisitissima læuigatione in medicamentorum compositorum viribus deteri imminuiq; possit. Atq; hæc de medicamentorum expurgantium trituratura differenda censendam.

\*

LIBER TERTIVS DE ME-  
dicamentorum cōpositorum examine.

DE SYRVPORVM ANI.  
maduersione. Cap. 1.



VVM nostri instituti non sit, ut iam præfati sumus, Pharmacopœiam hîc integrâ tradere, nisi viam tantum ad eâ substernere, errores quibus in hac Pharmacopoliôrû recognitione irretitos esse Pharmacopolas nostros comperimus animaduertentes: Explofis duobus illis qui Pharmacopœos omnes non solû huius ciuitatis, sed & vniuersæ Hispaniæ malè habebât: reliquum iâ erit vt ad particulares, & in singulis cōpositis in officinis nostris asseruari solitis cōmissos, descendamus. Neq; verò omnes percurremus, satius esse iudicâtes in multis cōniuere, quàm omnia ad viuû ressecâtes simul cum zizania triticû eradicare. Neq; etiâ cōsiliu hîc nostrû est cōpositiones ipsas in trutinâ reuocare, atq; earum descriptiones ita reformare, vt (quod in multis opus esse ducimus) interdû aliquid in eis immutare audeamus (quû tamé id maximè nobis in animo sit

sit facere in nostra Pharmacopœia nunquam  
 satis laudantes Fernelij in hoc iudicium ac li-  
 bertatem ) sed ipsas singulorum medicamen-  
 torum descriptiones religiosè tractantes, vbi  
 dumtaxat librariorum fortè interpretumvè  
 culpa errata aliqua in eis deprehenderimus, ab  
 alijs etiam annotata, à suorum auctorum men-  
 te minimè quoad fieri possit deuiantes, emen-  
 dare conabimur : & quod in eis obscurum, vel  
 à nostris Pharmacopœis sinistrè intellectum  
 videbitur, exponemus. Quæ per ipsorù classes  
 aliorum more examinantes, à syrupis qui pri-  
 mò sese offerunt exordiemur. Illud verò de eis  
 in vniuersum animaduersione maximè dignũ  
 censemus, quòd in omnibus officinis eos pala-  
 to potius quàm morborum auxilio paratos  
 ostendimus : idque neq; in scitia, neq; auaritia  
 nostrorum Pharmacopœorum factũ. Causan-  
 tur enim omnes Hispalensium ægrorum deli-  
 cias, qui vsque adeò sunt delicati, vt nisi syru-  
 pus visui & gustui sit gratus, & nihil præter sac-  
 charum depuratum referat, eum gustare non  
 solum recusent, sed hac vna ratione quòd syru-  
 pus sapiat herbarum succos aut aliquid aliud  
 quo constet, damnent Pharmacopolam illum,  
 & eo relicto alium quærant : eumq; magnis  
 enco-

encomijs extollant qui gratiora paret medicamenta: nihil prorsus de eorum utilitate, nisi de gustu tantum curantes. Quanquam autem populus ipse tam insignium medicorum, quales hæc ciuitas alit, admonitionibus, breui vt speramus, resipiscens, quæ verè laude digna fuerint laudabit: nihilominus nostros Pharmacopœos exortamur ne deinceps tempus in populari aura captanda potius quàm in arte probè perdiscenda ac exercenda infumant: atq; syrupos omnes exarte parantes nihil eorum quæ in illorum descriptionibus continentur prætermittant, siue insipidos siue amaros siue etiam horridos gustui futuros intelligant. Quoniam verò serapia permulta, vt & complures aliæ cõpositorum medicamentorum species ex decoctionibus parantur: nobis quidem primò propositum fuit de ipsis decoctionibus latius agere, multaq; in eis animaduertere, quæ à nullo alio doceri existimabamus. Quorum præcipuum illud erat quòd in multiplicatione aut diminutione singularum decoctionum nemo vsquam quonam pacto in eis seruari deberet proportio verè exponeret. Sed cum in libellũ postea incidissem quendam Hispanica lingua à quodã Ludouico de Ouiedo Matritensi Phar-



macopœo conscriptum: in quo verè quidem  
 de ipsis proportionibus in decoctionibus ob-  
 seruandis tradebatur: sententiam nostram de  
 his latius diserendi mutare, auctoremq; illum,  
 virũ sanè in sua arte satis peritum, nostris Phar-  
 macopœis commendare constituimus, vt iux-  
 ta eius præscripta omnes suas decoctiones pa-  
 rent. Vtq; manifestè intelligant veram eam ef-  
 se proportionum in decoctionibus seruandarũ  
 doctrinam quam vir ille insequitur, vt nimirũ  
 in omni decoctione minori aut maiori copia à  
 Pharmacopœo quàm à suo auctore paráda, ea  
 iugiter liquoris quantitas sit iniicienda, è qua  
 æqualis inter coquendum absumatur quãtitas  
 ei quam in sua decoctione consummi auctor  
 præceperit, & præterea expetita iuris decocti  
 quantitas supersit: Nos id sequèti exemplo ex-  
 ponemus. Sit proposita aliqua decoctio ab ali-  
 quo auctore, in qua libræ dux radicũ in libris  
 octo aquæ ad dimidias coquantur. cuius tantũ  
 dimidium libeat cõficere. Hoc Pharmacopœi  
 omnes iuxta suum vulgatum morè ita faciunt,  
 vt libra vna radicum in libris quatuor aquæ in-  
 coquatur ad dimidias. Atq; hoc modo seruata  
 esse credunt proportionem præfatæ integræ  
 decoctionis ad eius dimidium, in quo tamen

non parum faluntur. Cum proportio illa quã ipsi seruare credunt non modò nõ seruetur, sed neq; seruari debeat. Qui enim dimidium alicuius propositi decocti cõficere statuit, illud quidem in quantitate rantum, non autem in facultate aut viribus dimidiatum esse vult: ita ut decoctum ipsum dimidiatum quod in libris duabus remansit, eadem omninò polleat facultate, quæ in libris totidem iuris integri decocti contineretur. Vt autem hoc contingat, necessarium est vt eodem igne tantundem temporis consummatur in dimidiata decoctione quantum in integra. Vndè etiam consequetur tantundem aquæ consummi debere in dimidiata decoctione quantum in integra. Quoniam itaq; in proposita hîc integra decoctione libras quatuor aquæ consumptas esse dicimus, in eius autem dimidio duæ tantum iuxta vulgatum Pharmacopolarum morem consummuntur (incoquuntur enim libræ quatuor aquæ ad dimidias) manifestũ iã est dimidiatã istã decoctionẽ minimè æquali facultate pollere posse qua proposita ipsa integra decoctio, nisi multò minori. Ex quibus euidentissimũ fit, quòd licet eadẽ proportio quæ fuerit integri decocti ad eius partẽ, sit seruanda in medicamētis ipsam integrã co-

Etionē subcūtibus ad medicamēta quæ eius par-  
 tem ingrediuntur, id tamē in licore in quo ipsa  
 medicamenta incoquūtur minimē seruari pos-  
 se. Vt in proposito exēplo: quum integræ deco-  
 ctionis ius libris constet quatuor, ad quas reda-  
 ctæ sunt libræ octo aquæ in libris duabus radi-  
 cum incoctæ: si eius iuris decocti dimidium cō-  
 ficere velimus, nempè, libras duas, accipietur  
 quidem dimidium radicum ex quibus integra  
 decoctio constabat, & erit libra vna radicū, cu-  
 ius proportio ad libras duas quæ integrā deco-  
 ctionem ingrediuntur est eadem quæ librarū  
 duarum dimidiati iuris decocti ad libras qua-  
 tuor integri iuris decocti. Ex aqua verò mini-  
 mē accipiēdum erit dimidium librarum octo,  
 ex quibus integra decoctio confecta est, nisi li-  
 bræ sex, vt consumptis libris quatuor ( quot in  
 integro decocto consumpta esse dicuntur ) re-  
 linquantur libræ duæ pro dimidiato decocto  
 quæsito. Quomodo in ipsa aqua servatur pro-  
 portio arithmetica inter integrum decoctum  
 & eius partem. Siquidem eadem quantitate ex-  
 cedunt libræ octo ( ex quibus cōficitur integra  
 decoctio ) libras quatuor quæ supersunt in inte-  
 gro decocto: qua in eius dimidio libræ sex exce-  
 dunt libras duas quæ supersunt in dimidiato de-

decocto. Quòd verò proportio hæc arithmetica similiter sit in liquoribus aliarum omnium decoctionum seruanda quæ in maiori quantitate à Pharmacopœo quàm à suis auctoribus parentur, eodem quo attulimus exemplo manifestum fiet : Si enim præfactam decoctionem libeat Pharmacopœo duplare, iuxta vulgatum morem accipiet libras quatuor radicum & in libris sexdecim aquæ incoquet ad dimidas . quomodo consumerentur in ea decoctione libræ octo aquæ: Quum in proposito simplici decocto quatuor tantum consumptæ essent . Quare licet proportio geometrica sit quidem octo (quantitatis aquæ simplici auctoris decocto iniectæ) ad quatuor (quantitatem iuris ipsius simplicis decocti) sicut sexdecim (quantitatis scilicet aquæ duplatae decoctioni iniectæ) ad octo (videlicet, quantitatem iuris dupli decocti) cum facultas in vtroq; decocto maximè varietur ex multo maiori mora coctionis duplati decocti quàm simplicis : proportio quidem arithmetica erit hîc potius quærenda, in qua aqua duplatae decoctioni iniicienda eadem superet quâtitate ius illud quod in eadem duplata decoctione superesse debet, qua in proposta simplici decoctione aqua in ea iniecta ipsius su-

perabat ius quod peracta eius coctione reman-  
sit. Hoc autē fiet, si pro duplata decoctione ac-  
cipiantur libræ duodecim aquæ. ita enim con-  
sumptis ex ejs libris quatuor, relinquentur o-  
cto. Quod erit duplum propositæ decoctionis.  
atq; in ea totidem libræ aquæ insumētur quot  
in ipso decocto simplici. Atq; ita ex seruata in  
eis proportione arithmetica fiet vt eodem tem-  
poris spacio vtraq; conficiatur decoctio. cumq;  
ambo in igne æquali fiant, necessariò eadē &  
æquali omninò pollebunt facultate.

## I N S Y R U P V M E

*succo citrij.*

<sup>a</sup>  
Succus is debet esse  
se ex acida parte ma-  
li citrij probè matu-  
ri extractus: per lin-  
teum solis manibus,  
nō autem torcularis  
ope expressus, ne lē-  
tus aut viscidus sed  
purus evadat.

<sup>b</sup>  
Sine expressione.

**S**YRVPVS ex acido citrij parandus erit iux-  
ta Mesuæ doctrinam in eum qui subsequitur  
modum: accipe <sup>a</sup> succi malorum citriorum aci-  
di libras duodecim. coquatur in vase fictili vi-  
treato igni prunarum lento ad tertiæ partis cō-  
sumptionem: deinde residere sinatur dum cla-  
rescat. tum id quod tenue est <sup>b</sup> sponte sua co-  
llo lanco trāsmittatur. Inde eius succi clari libris  
septem affundantur sachari albi expurgati & in  
julepum percocti libræ quinque. et coquatur  
ad syrupi crassitudinem: aut si æstas fuerit, in-

so-

sole dimittatur, donec eius aquositas consummatur, quò incorruptus seruari possit.

IN SYRVPVM CAPIL-  
lorum Veneris.

CVM variæ syrupi adianti seu capilli veneris descriptiones in officinis reperiãtur. ex omnibus eã selegimus, quæ à Plateario mutuari solet, verum in eum qui sequitur modũ correctã. Accipe capilli veneris recentis & modicè cõtusi libram vnã. cui affundãtur aquæ calidæ libræ tres. et in eadem aqua maceretur horis duodecim. quibus tráactis, leuissimè coquatur dum semel ferueat. deinde in iure expresso, atq; adhuc calente, maceretur per totidẽ similiter horas alia quoq; libra capilli veneris recētis & cõtusi: atq; lento igne iterum semel ferueat. et tãdem iuri cum expressione colato addantur sachari albi libræ tres. et percoquãtur in syrupũ.

IN SYRVPVM DE PA-  
pauere.

SYRUPUS de papauere Mesuæ nõ debet parari iuxta formulã quæ in eius reperitur codicibus:

in qua duplex notatur error, vnus librariorum, à multis iam castigatus, qui sacchari & penidiorum ana vncias quatuor legunt, non autem ana drachmas quatuor, vt deprauatè in Mesuæ codicibus legebatur. alter verò qui ipsius videtur esse auctoris, à nemine (quod sciamus) hætenus animaduersus: imò quem plærosq; post illum sequutos deprehendimus: dimidium sacchari, et penidiorum pondus, aut etiam minus, papaueris decocto immiscentes: Galeni auctoritate, cum Mesue fortassis deceptos, qui in suo<sup>a</sup> diacodio mellis dimidiam mensuram papaueris iuri admiscendam præcipit. Quam quidem Galeni sententiam ipsos non esse assequutos cuilibet euidentissimum fiet, qui diuersorum liquorum mensuras cum eorundem ponderibus comparauerit. à multis enim doctis ac diligentibus viris certissimo experimento comprobatum est vinum aquam & alios similes liquores grauiores esse oleo in sesquinona portione, mel autem vino & reliquis similibus in portione sesquialtera. Vnde si iuxta Galeni præscriptum papaueris iuri dimidia mellis mensura conuenienter admisceatur, sanè si papaueris decoctum libram vnã cum dimidia ponderauerit, mel ei immiscendum, vt dimidiam

<sup>a</sup>  
 Lib. 7. de compo  
 sit. medic. sec. lo. c.  
 2. in confectione  
 ex capitibus papau-  
 ueris Galeni.

diam decocti mensuram compleat oportebit ponderare vncias tredecim cum dimidia: atq; si decocti pondus fuerit librarum duarum, mel lis pondus libræ vnius cum dimidia fore conueniet. Quoniam verò ad consistentiam decocto acquirendam parum admodum interest inter mel & saccharum seu penidia, necessarium esse consequitur, papaueris decocto, si libras duas ponderauerit, vncias duodeviginti sacchari & penidiorum esse adiungendas. Atq; ita syrupus papaueris Mesuæ ex <sup>a</sup> Galeno in suo diacodio in hunc modum castigabitur: Recipe capitum papaueris albi & nigri semine turgentium <sup>b</sup> maturorum & nondum aridorum ana vncias septem & semisem. contusa macerentur in libris quatuor aquæ pluuiialis per diem naturalem, aut longiori etiam tempore si duriora & sicciora fuerint. Deinde coquantur <sup>c</sup> donec flaccescant, adeò vt eorum succus exprimi possit: quod ferè fiet, si ad dimidias fuerint percocta. et expressum ius cum sacchari albi clarè facti & penidiorum ana vncijs octo percoquatur in syrupum.

I N S Y R V P V M E

mentha.

O S Y-

<sup>a</sup> Loco ante citato ex lib. 7. de cõpos. medic. sec. lo. c. 2.

<sup>b</sup>

Nimirum, in siccitate & humiditate mediocriter se habentium.

<sup>c</sup>

Diutius autem coqui superuacuum cõset Galenus.



**S**YRVPVM è mentha causantur Pharmaco-  
 pœi ob nimiam menthæ siccæ & rosarum  
 copiam, aut succorum inopiam in eius compo-  
 sitione à Mesue præscriptorum, ritè parari non  
 posse. Vndè quidam succos augendos, alij ve-  
 rò mentham & rosas minuendas censent. At  
 nos contrà, vt alij etià docti viri, nullis nec her-  
 barum nec succorum quantitatibus ex ijs quæ  
 in Mesuæ descriptione continètur immutatis,  
 illum ex arte in eum qui sequitur modum para-  
 ri posse ac debere censemus. Accipe succorum  
 expurgatorum cydoniorum acido dulcium, cy-  
 doniorum dulciũ, granatorum acido dulcium,  
 granatorum acidorum, & granatorum dulciũ,  
 ana libram vnã & dimidiã. in his succis per-  
 missis & calentibus immittantur foliorum mē-  
 thæ non nimium, sed mediocriter, siccæ, rupto-  
 rum aut contusorum, vnciæ nouem. & mace-  
 rentur horis duodecim super cineres calidos,  
 vel in loco alio tepido. Deinde igni admota in  
 vase duplici leniter coquantur, vt semel tātum  
 ferueant. protinusq; per telam lineam fortiter  
 torquendo colentur. atq; in iure expresso adhuc  
 calente macerentur rursus horis viginti qua-  
 tuor foliorum menthæ similiter mediocriter  
 siccæ aut passæ, non autem aridæ, & modo præ-  
 di-

dicto confractorum, alia vnciae nouem: folio-  
rum rosarum rubrarum siccarum vnciae duae.  
Post haec, vt prius, eodem vase duplici praedicto  
coquatur lento igne ad medias. colentur cum  
expressione. expresso adde sacchari rubri libras  
duas. percoquantur in syrupum. qui in  
fine aromatizetur cum drachmis  
duabus galiae muschatae, stilla  
titio rosarum liquore solu-  
tae, & diligenter im-  
mistae.



## I N S Y R V P V M

*Absynthij.*

**P**RIOREM serapij de absynthio apud Me-  
sueam descriptionem, quae magis est in usu,  
nostris quoque officinis commendamus: hac  
tamen animaduersione vt in ea legendum sit,  
absynthij libram semisem: quod & in antiquo-  
ribus Mesuae codicibus legitur, & à plerisque  
omnibus recipitur: non autem libras duas, vt  
recentiores habent codices: & vt absynthiū sit  
pōticum, quod vulgò dulce appellari solet, &  
non aliud: vtq; mellis loco substituatur saccha-

rum rubrum: Quod in calidioribus regionibus, qualis hæc nostra est, magis conuenit.

IN SYRUPVM DE  
*tussilagine.*

**C**VM syrupus de tussilagine nulli certo auctori adscribatur, & variè in officinis paratur: nos sequentem eius descriptionem magis probamus: Accipe tussilaginis recentis manipulos sex. capilli veneris manipulos duos. hyso pi manipulum vnum. passularum vncias quatuor. glycyrrhizæ vncias duas. macerentur omnia in libris octo aquæ per horas viginti quatuor. deinde coquantur dum ad quinque libras reddeant. colato iuri addantur sacchari rubri libræ tres, mellis libræ duæ. et fiet syrupus.

IN SYRUPOS FVMARIE  
*endiuiæ & cychorij*  
*compositos.*

**I**N compositis syrupis fumarizæ Mesuzæ, in tubi seu endiuizæ Gentilis, & è cychorio Nicoli, tantam varietatem ac confusionem comperimus, vt meritò ab eorum vsu deterreri medicus

cus

cus debeat. Quoniam verò institutum nostrum in hoc tractatu non est novas aliquas medicamentorum descriptiones afferre: ei qui simplicibus serapijs, qui ex ipsarum herbarum succis fieri solent, contentus non sit, consuleremus, ut ex omnibus præfatorum syruporum quæ circumferuntur descriptionibus, eas deligat quas Ioannes Fernelius in sua methodo affert.

I N S Y R V P V M D. E

*quinque radicibus.*

**C**VM syrupus ex quinque radicibus variè in officinis, incerto etiã auctore parari soleat: consultius nobis visum fuit, sequentem nostris officinis præscribere. Accipe corticum radicũ apij hortensis, fœniculi, petroselini, rusci, & asparagi ana vncias quatuor. corticum radicum capparidis & eryngij ana vncias duas. seminum anisi, fœniculi, & petroselini, ana vnciam semis. coquantur secundũ artem in libris decem aquæ, donec ad sex libras redigantur. tunc demittantur ab igne donec tepuerit decoctum. fricentur manibus, & colentur. colaturæ addẽdæ saccari rubri libræ quinque. et fiet syrupus.

Prætermisimus autem acetum, quod alij ad-

jicere hîc solent, quoniam mulieribus, pueris, & alijs etiã maximè aduersari solet. Et quòd vbi aceto opus fuerit, facillimum sit syrupo acetosi conuenientem portionem ei addere.

## I N S Y R U P V M E X

*artemisia.*

**L**ABORANTIBVS mensium supressio-  
ne fæminis frequentius opitulari conueniet.  
Id quod syrupo ex Arthemisia plerunque pre-  
stari solet. qui tamè adeò variè & confusè des-  
cribitur, vt opere precium nos facturos existi-  
memus, si illo prætermiso hunc alium propo-  
namus. Accipe artemisiæ manipulos duos. cor-  
ticum radicum eringij, petroselini, helenij, va-  
lerianæ, asparagi, fœniculi, ana vnciam dimi-  
diam. radicû rubiæ, pæoniæ, cyperi, ana quar-  
tam vnciæ. pulegij, origani, calaminthes, nepi-  
tæ, melissophylli, sabinæ, sampsuchi, hyssopi,  
prasiij, chamedrios, chamepityos, pimpinel-  
læ, hyperici, parthenij, betonicæ, centaureæ  
minoris, ana manipulum vnum. baccarum iu-  
niperi, calami aromatici, feminis anisi, petro-  
selini, apij hortensis, fœniculi, ocimi, dauci,  
rutæ, nigellæ, ana drachmas tres. contusa ma-  
ce-

cerentur horis vigintiquatuor in aquæ libris decem. coquantur ad dimidias. tunc deponantur ab igne, donec aqua tepuerit. fricentur manibus, & colentur. colaturæ adde sacchari rubri libras quinque. percoquantur in syrupum: qui aromatizetur cinnamomi vncia vna, & spicæ drachmis tribus.

*DE ELECTARIORVM AC  
pillularum examine.*

*Cap. 2.*

**I**Ni expurgantium compositorum recognitione, quorum auctores Scammonium in illis incoqui mandabant, non minorem nostrorum Pharmacopœorum errorem circa Scammonij coctionem, quàm circa eiusdem trituram offendimus. Nemo enim illorum est, qui scammonium in compositis medicamentis incoquere audeat, licet à suis auctoribus in eis incoqui præcipiatur. Sed semper postremo loco illud admiscet in electarijs, nonnulli postquàm ab igne semota tepida adhuc extiterint, plerique verò postquam omninò infrixerint. in quo socordia magis quàm ratione abdu-

abducti à suo imperatore Mesue discedere voluere: Siluij & aliorū doctorum virorū auctoritate territi, qui eos erroris quem scammonij coctio admittere nonnunquam solet admonētes in maiorem nunquam illud incoquendi errorem induxere. Ita enim scripserat <sup>a</sup> Syluius: Scammonium si calorem sentit in grumos coagulatur: quare fit vt interdum in vna dosi alicuius medicamenti plurimum sit scammonium, in alia minimum: sicq; inæquale est medicamentum. ob id ad finē iniicitur. Ioubertus quoq; idem in sua <sup>b</sup> Pharmacopœia sensisse videtur: dum in compositione electarij è succo rosarū à Nicolao descripta ita adnotat: Scammonium in se facilè coit & grumosum remanet: Atq; si dissoluatur, quiescens aliquot dies fundum petit & separatur. At enim si diligentius scripta horum ipsorum auctorum expendantur, reperientur illi quidem nihil minus quàm scammonij cocturam damnare: tātumq; velle Pharmacopœos admonere, ne quid erroris in eius coctione admitant: multaq; diligentia ac arte opus esse, ne in grumos vertatur. Quòd enim Syluius scámonij cocturam probet, ipse apertè testatur, dicens parum ante citata verba: Scammonium si crudum est crassius tritum in me-

dia

<sup>a</sup>  
Lib. Pharmac. 2.

<sup>b</sup>  
Classe 2. de cathartícis.

dia coctione miscendum. et <sup>a</sup> alibi etiam inquit: Scammonium quoque crassius teritur, si coquendum est cum alijs. At Ioubertus Scammonium in electario è succo rosarum Nicolai non inquit: quia ipse Nicolaus illud illic non coquit. at in præfata in illum annotatione modum quo exactè illud illic permisceri debeat docet, statim post verba superius à nobis citata ita præcipiens: Ergò seorsim dissoluendum succo rosarum, cui benè permiscebitur. deinde syrupum coctum ad electarij consistentiam illi seorsim affundere calidum oportet, & exactè misceri. Atq; in illis eiusdem electarij annotationibus, de Scammonij tritura agens, illud crassiusculè teri concedit vbi sit incoquendum. sed in electario rosaceo Mesuæ, vt & in electario è psyllio illud cum Mesue incoquit. et in suis annotationibus in electario rosaceo Mesuæ, vbi in eius descriptione iubet Mesues illum cum alijs incoqui, sic inquit: Ergò Scammonium sustinet æqualem alijs decoctionem. An non vult simul coquendum, tametsi omnia? et certè Scammonium melius sic corrigitur. Neq; verum est non pati illud coctionem: quum ea ratione præparetur intra cytonium: Et Mesues capite de Scammonio, id variè coquendo præparet,



ret, & reddat innoxium. Sed quid opus est alios  
 ipsis Pharmacopœis auctores quam ipsum Me-  
 suem eis oboculos ponere. Is enim vt rectè ad-  
 uertit Ioubertus, omnes ferè Scammonij noxas  
 eius coctione emendare docet, capite proprio  
 Scammonij scribens: & dico quòd decoctio est  
 generalis præparatio eius, auferens plura ex e-  
 ius nocumentis. Quin quòd ipse expressis ver-  
 bis illud incoquere præcipit in ipsis compo-  
 sitionibus: vt in suo electario rosaceo, & electa-  
 rio è psyllio. Quemadmodum autem in ipsius  
 Scammonij tritura ostendimus, posse in læuis-  
 simum pollinem redigi, & nihilominus inte-  
 gris suis viribus permanere: ita & in eius coctio-  
 ne cuncta ea incommoda, quæ præfati aucto-  
 res aduertunt arte præcaueri poterunt. Atque  
 hanc artè æquius multò fuerit Pharmacopœos  
 ediscere & exercere ( vt Scammoniũ in omnibus  
 compositionibus, in quibus earum auctores il-  
 lud coqui mandant incoquant ) quàm incom-  
 moda quæ ob suam negligentiam artisq; ignora-  
 tionem in eius coctura accidunt, causari, quomi-  
 nus auctorum præscripta obseruentur. Poterit  
 autem non multò sanè negotio id consequi, si  
 Scammonium incoquendum optimũ semper eli-  
 gatur, idq; <sup>a</sup> minus acuratè tritũ primò in parte  
 suf-

<sup>a</sup>  
 Alioquin enim subti-  
 lius leuigari oportet-  
 bit, si optimum non  
 fuerit.

sufficienti decocti aut succi in quo incoquendū est, antequam mel aut saccharum ei injiciatur, exactè dissolvatur, tepido existenti ipso iure aut etiam frigido. deinde reliquum decoctū aut succum ex saccharo aut melle ad syrupi mediocrem consistentiā percoctum callidum sensim affundatur ipsi Scammonio dissoluto in suo vase: probeq; exagitetur, vt Scammonium ipsum per totum ius aut syrupum exactè commisceatur. Posteaque igni lento redditum spatula iugiter agitatum leniter quantum opus fuerit decoquatur. quippe intensum ac vehementem ignem non sustinet. Et hoc est, quod dixerat Mesues: & oportet vt fiat eius decoctio cum facilitate. impetuositas enim in decoctione addit ei malitiam. Atq; ita ostensum satis relinquatur Scammonium rectè ac ex arte coqui posse.

## IN ELECTARIUM

*Catholicon.*

**T**AM varia est electarij Catholici apud Pharmacopeorum scriptores descriptio, & in officinis compositio, vt quam nos magis probamus hinc referre cogamur: nempe

HISPAL. PHARM. RECOG.

quam plerique ex Salernitanorum Nicolao eligunt, sed meliori ordine concinnatam. Accipe polypodij modicè recentis vncias tres. seminum anisi vnciam vnam. contracta vt decet coquantur in libris quinque aquæ, primò polypodium, postea anisa (vt ex arte fieri solet) dum ad duas redeant. colentur, & exprimantur. expressi maxima pars, additis sacchari clarificati libris duabus, percoquatur moderato igne ad syrupi crassitudinem. cui ab igne substrato adiciantur pulpæ casia, pulpæ tamarindorum minima reliqui colati parte solutorum & colo excretorum, anà vncias duas. quæ probè permixta rursus coquantur leuissimè igne lento, Dum syrupus spissitudinem quam prius habebat nanciscatur. quam vbi attigerit, ab igne exempto, & ad teporem perducto, insperge sequentia: <sup>a</sup> foliorum senæ mundatorum & tenuissimè tritorum vncias duas, Rhabarbari electi, polypodij, & florum violarum siccarum, anà vnciam vnam. glycyrrhizæ rasæ, penidiarum, sacchari candi, anà drachmam vnā, quatuor seminum frigidorum maiorum & à cortice mundatorum, anà <sup>b</sup> drachmam semissem. quatuor seminibus cultro incisis, & per cribrū transmisis, vel cum penidijs exactè subactis,

<sup>a</sup>  
Et hoc in omnibus alijs cōpositionibus obseruandum ducimus, vt semper pro folliculis senæ folia eius substituuntur in nostris officinis: quoniam qui ad eas perueniunt valtè exsiccati & carie cōsumpti ferè sunt omnes.

<sup>b</sup>  
Legimus in integra huius electarij descriptione, vt legerunt Salernitani:

& læuigatis : reliquis autem in tenuē puluerem redactis: misceantur omnia probè lignea rudicula, ab initio ad finem vsque agitando, dum vbique substantiarum quædam sit æquabilitas.

cauebitur autem semper, tum in hoc, tum in cæteris omnibus electarijs, ferri, aut æris, consimilisve noxij metalli vsus.

quatuor seminū frigidorum vnciam vnam: quoniam hæc lectio magis cōgruit cum descriptione electarij catholici Nicolai Alexandr. vetustioris: non autem anā vnciam vnam, vt habet Nicol. Præpos. & alij eum sequuti.

## IN ELECTARIVM E prunis.

COMPOSITIONEM hanc primus descripsit <sup>a</sup> Nicolaus Alexandrinus vetustior, à quo reliqui mutuarunt. Sed in codice Latino Alexandrini vetustioris in priori violarum dosi mendosè legitur drachma vna, pro eo quod inferius in eadem violarum dosi legitur vncia semis. et in vtraque legendum esse vnciam dimidiam constat ex <sup>b</sup> Nicolao Myreplico. quem etiam sequitur Nicolaus præpositus. quorum lectionē magis probamus, quàm Salernitanorū, qui in suo Nicolao habent, violarū vnciam vnā & semissem. Pruna verò nostris Pharmacopolis damascena cum primis eligenda commendamus: veluti à præfatis auctoribus præceptum

<sup>a</sup>  
Cap. 227.

<sup>b</sup>  
Sec. I. antid. 88.

est, cum eadem apud nos reperiantur: aut saltem horum loco ea substituunt, quæ vulgò appellantur <sup>a</sup> Caragoçana. Quòd verò per viridia intelligenda sint recentia optimè maturata, manifestius iam est Pharmacopolis, quàm vt admonitione sit opus. Siquidem <sup>b</sup> viridia dicuntur, vt excludantur sicca tantum, non autem matura.

<sup>a</sup>  
Alias, Caragocis.

<sup>b</sup>  
Perinde ac in elez  
tario è psyllio, dicit  
Mes. violas virides,  
pro recentibus.

## IN CONFECTIIONEM Hamech.

**C**ONFECTIO medicaminis Hamech, quam priori loco proponit Mesues, etsi receptissima sit in plerisq; omnibus officinis: si propositum nobis esset hoc in opere liberum iudicium de medicamentorum compositionibus ferre, ex nostris officinis exterminaretur: vt pote paratu difficilis, & citra vllam artem concinnata. Difficultatem ostendunt tot parandi modi quot apud nostros Pharmacopolas reperimus. Vix enim à duobus eodem modo eã audiuius parari. Quod autem in medicina dixerat Hippocrates esse difficile iudicium, exposuit Galenus ex varijs in ea sectis intelligi. Athechnia verò, qua compositio hæc à viris doctis

Etis notatur, est multiplex. Nam præter impeditam tot simplicium in sero per quinque dies macerationem multis obnoxiam periculis: simul in eo & infunduntur, & postea cōcoquuntur medicamenta multa, quorum alia crassa alia verò tenui prædita sustantia varia infusionis tempora & varios coctionis modos exposcunt. Quibus adde quòd vt pruna numero 60. & vnciæ ferè triginta duæ aliorum simplicium macerari possint diebus quinq; & deinde vnicam recipere ebullitionem: oportebit eis præter libram vnã succi fumarix, quam in ea infusione iubet Mesues immittere, seri libras vnde-  
cim aut etiam amplius affundere: vt nos certissimo experimento comprobauimus. quid-  
quid alij à Pharmacopolis, quos ea de re con-  
suluere, delusi, nullo specimine dato, seri mi-  
nus ad hanc infusionem sat esse affirmant. Vt  
si semel tantum ebullire ipsa infusio deberet,  
veluti præcipit Mesues, oporteret plus quàm  
septem libras ipsius decocti superesse. At e-  
nim hanc decoctionem mandat Mesues, ad-  
ditis ei casia tamarindis & manna, cum li-  
bra tantum vna & dimidia sacchari ad mel-  
lis consistentiam percoquere. quam qui-  
dem

dem antequàm obtineat, quis queso non intel-  
liget vires tam infusionis, quàm casiaë, mannaë,  
& tamarindorum euanidas prorsus fore. Quo-  
niam verò in officinis nihilominus nostris vfi-  
tatissima hæc est confectio: modum quo saltim  
minus inconcinnè, & iuxta auctoris mentem,  
parari possit, proponemus: <sup>a</sup> Accipe corticum

<sup>a</sup>  
Quamquam integrã  
nos hîc auctoris des-  
criptionem adduxi-  
mus, consultius ta-  
men censesmus eius di-  
midium tantum sin-  
gulis vicibus confice-  
re. Ita enim omnium  
medicamentorũ ma-  
cerandorum dimidio  
sat essent seri libræ  
quinq; cum dimidia,  
& fumarie libræ se-  
mis. Quibus perco-  
ctis dum decoctum  
ipsum ad libras duas  
cũ dodrante redeat,  
minus multò ex eo  
consumeretur quàm

in integra descriptione fieri oportet, in qua libræ sex cũ dimidia insumuntur: cũ hîc libræ tres tan-  
tum cum quadrante consumantur. Atq; ita magis ex arte factum decoctum efficacius quidem &  
potentius redderetur. Quumque in integra descriptione necessarium sit contra ipsam artem ex  
ipsa decoctione plus iusto insumere, ne maior eius quantitas superesset quàm quæ syrupo confici-  
do sufficeret: in eius quidem dimidio si humoris in decoctione cõsumpti quãtitas dimidia tantum  
fuerit eius quæ in integro decocto consumi præcipitur, decocti ius reliquum & validius erit,  
& serapio coficiendo sufficiet. Neque verò seruari hîc oportet proportio illa arithmetica quam  
in alijs ex arte factis decoctionibus obseruari volumus. quippe quum in integra descriptione deco-  
ctio ipsa sit contra artem instituta,

Myrobalanorum citrearum vncias quatuor:  
cepularũ, & indarũ seu nigrarum, epithymi, a-  
nã vncias duas: agarici, pulpæ interioris colo-  
cynthidis, radicũ polypodij quercini recentis,  
anã vncias duas drachmas duas: Rhabarbari,  
comarum absynthij (Pontici, scilicet) thymi,  
foliorum senæ, ana vnciam vnã: florum vio-  
larum recentium vnciam vnã drachmas sep-  
tem: seminum anisi, fœniculi, rosarum rubra-  
rum, anã drachmas sex. pruna sicca dulcia enu-  
cleataq; numero sexaginta. Vuarum passarũ de-  
tractis accinis vncias sex. Colocynthis & alia  
quæ

quæ incidi possunt minutim forcipe incisa, reliqua verò contusa, omnia macerentur simul in libris<sup>a</sup> vndecim seri caprini (à quo etiam recocta fuerit detracta) & succi fumarie depurati libra vna, in vase vitreato<sup>b</sup> oblongo & angustioris, benè obturato, per dies quinque, quotidie agitata, & igni aliquantulum<sup>c</sup> calfacta in duplici vase. Exactis quinque diebus igni lento ferueant, dum ad quinque libras cum dimidia redeant. fricentur, & validè exprimendo colentur. in colaturæ<sup>d</sup> minima portione, dissoluantur Scammonij vncia vna & dimidia: mannae vnciae duæ: pulpæ cassiae vnciae quatuor: pulpæ tamarindorum vnciae quinque: singula seorsim. reliquo verò colato iuri adde sacchari clarificati vncias viginti duas. et percoque ad mellis crassitudinem. quam vbi obtinuerit, ab igne ammoueat. et calidum sensim admisceatur Scammonio dissoluto in suo vase, subindè agitando quousq; exactè omnia permisceantur. deinde igni lento tandiu exagitando bulliant, donec decoctum ipsum priorem quam obtinebat consistentiam, aut etiam paulò crassiores, nanciscatur. Mox ei prius seruatam mannam pauco expressi decocti solutam adiunge: cum qua rursus in ipso moderato igne leniter

<sup>a</sup> Vel nō plus quàm duodecim.

<sup>b</sup> Ita enim praefinita seri copia rebus infusis sufficit.

<sup>c</sup> Ex Gal. lib. 7. de comp. medic. sec. loc. cap. 4. vbi praecipit macerari psyllium in aqua calida coniectum, colligunt nonnulli, in omnibus infusionibus obseruandum vt perpetuò fiant in liquore calido. At enim tepidum saltem debere esse liquorem in quo medicamenta fuerint maceranda, vel tepido loco asseruandum, aut etiam interdum insolandum, rationi consonum videtur, vt blandi caloris beneficio adiutus medicamentorum vim præoptius exorbeat.

<sup>d</sup> Vncia octo ad summum sat erunt eis.



coquatur quousq; ad ipsam mellis compagem reddeat. et postea cremor cassiæ & tamarindorum, prius quàm paucissimo præfati decocti extractus & seorsim seruatus, addatur. cum quibus similiter percoquetur ad præfatam vsque mellis spissitudinem. & tandem semoto ab igne, & tepido existenti, insperge sequentia in tenuem puluerem redacta : Rhabarbari vnciam vnā drachmas tres : myrobalanorum citreorum, cepularum, indarum, anā vnciam dimidiam : Belericarum, emblicarum, seminum fumarix, anā drachmas tres : anisi spicæ nardi, anā drachmas duas . Permisceantur omnia probè, lignea rudicula, continenter agitando.

## IN ELECTARIUM

### *Diaphænicon.*

**D**ESCRIPTIONEM Diaphænici quā affert Mesues, cum sequentibus animadversionibus probamus. Primò vt dactili sumantur ex maturis solidiores & recentiores : qui ex Africa cõuehi solent: quidquid alij viri docti Mesuè græcisare cogentes, interpretentur vocem cheyron fuluum, ac si esset vox græca κίτρον.

Cum

Cum potius per cheyron, regionem seu oppidum intelligendum sit: ex quo dactilos, vt & tamarindos optimos, censebat Mesues aduehi. Nam quòd per dactilos cheyron, non possit ipse intelligere fuluos, quales sunt immaturi, constat ex eodem Mesue in eclegmate de pinis, in quo accipiendos esse dactilos cheyron docet. cum enim eclegma hoc testetur ipse conferre ad tussim antiquam & sputum glutinosum & asthma, manifestum est minimè ei conuenire dactilos immaturos. Secundo quòd, tamen si parum intersit dactilos ipsos poterare ante vel post macerationem, si ex arte vtrumque fiat, & dactili pingues, vt oportet, & non exsiccati & carie confecti, assumantur. Nihilominus cum Mesues ipse, cuius descriptionem sequimur, expressis verbis videatur præcipere post macerationem esse ponderandos: satius esse ducimus eum sequi. Postremo cum varij variè mellis quantitatem in hoc electario determinent: quòd eam Mesues hinc non præfiniat: nos eis potius subscribe mus, qui nec dactylorum nec amygdalarum causa, quæ hoc electarium ingrediuntur, mellis pondus in eo augendum minuendumve censent: penidia autem mellis vicem suplere aiunt. Quoniam itaque reliqua, quæ hinc puluerum



HISPAL. PHARM. RECOG.

nomine ingrediuntur pendent drachmas septuaginta duas, quæ uncias nouem constituunt: hæ autem pro conuenienti electarij consistencia libras tres mellis exigunt: si ex libris tribus subducantur uncia sex & drachmæ duæ, quod est pondus penidiorum hîc ingredientium, relinquentur uncia nouem & viginti, cum tribus uncia quadrantibus. Vnde mellis quantitas quæ huic electario injicienda venit, erit librarum duarum cum dimidia ferè. erit itaque huius electarij descriptio talis: Accipe carnis dactylorum<sup>a</sup> optimorum, maturorum,<sup>b</sup> mundatorum, contusorum, ac in<sup>c</sup> aceto per triduum maceratorum, & tandem cribro excretorum, uncias duodecim cum dimidia. Penidiorum hordeatorum recentium uncias sex, drachmas duas. amygdalarum dulcium, tuniculis cultro detractis, uncias tres drachmas sex. Contusis, subactis, & permistis omnibus, adde mellis optimi despumati libras duas & semissem.<sup>d</sup> paululum coquantur. ac deinde refrigerenti medicamento insperge sequentia probè læuigata: turbit optimi uncias quatuor, drachmas tres: Scammonij unciam vnã & semissem: zinziberis, piperis longi, foliorum Rutæ siccorum, cynamomi (hoc est cannellæ optimæ) macis,

lig-

<sup>a</sup>  
Quales sunt molles  
humidi & pingues,  
& minime inueterati.

<sup>b</sup>  
A membranis, pelliculis,  
ac fibris expurgatorum.

<sup>c</sup>  
Optimo, non acer-rimo.

<sup>d</sup>  
Tandiu, nimirum,  
diu acetum in dactylorum  
pulpa imbibitum  
absumat.

ligni aloës, seminũ anisi, fœniculi, Dauci,<sup>a</sup> galangæ, anà drachmas duas & semissem. per  
 misceantur omnia probè, lignea spatula  
 continuè & diligenter com-  
 mouendo.

<sup>a</sup>  
 Minoris, scilicet.

IN ELECTARIUM EX

*Psyllio.*

**M**ULTI, quos minimè damnamus, hoc e-  
 lectarium componunt ex descriptione Mò-  
 tagnanæ. Quoniam verò apud nostrates Phar-  
 macopœos descriptio Mesuæ in vsu est, de ea  
 hîc tantum agemus. Ac primum quod hîc ani-  
 maduertendum ducimus, est circa Scammo-  
 nium, quod quamquam à Mesue hîc præscri-  
 batur in pomo coctum, nos tamen id potius  
 crudum cum alijs viris doctis subrogandum  
 censemus, quòd illud incoquendum hîc cum  
 alijs præcipiat auctor. deindè quòd semina psyl-  
 lij integra & nullo modo fracta maceranda hîc  
 sunt. Quod verò nonnulli dubitant de Rhabar-  
 baro, vtrum illud, vel potius trochisci ex Rha-  
 barbaro, sint in hac compositione à Mesue col-  
 locati, nos minimè dubitamus, eum trochiscos  
 de Rhabarbaro intelligere. At magis dubita-  
 mus.

mus quid pro spodio & berberi in eorum trochiscis, qui hanc etiã cõpositionẽ subeunt, sit substituendum, cum eis careamus. In qua tamen dubitatione eis magis assentimur, qui spodij loco in omnibus cõpositionibus ore assumẽdis rosas commendant, in medicamentis verò exterius admouendis (si ab Arabibus vel eorũ sectatoribus fuerint præscripta) ebur adustum substituunt: pro berberi autem nõ oxyacãthæ, vulgò dictæ espino demajuelo, nisi potius fruticis<sup>a</sup> crispini vocati fructum accipiunt. demum licet in Mesuæ codicibus legatur asari vncias quatuor: nos cum Brasauola ac alijs legendum potius credimus, drachmas quatuor.

<sup>a</sup>  
 Quem Dodonæus credit esse oxyacantham Galeni, differẽtem ab oxyacantha Dioscoridis, et oxyacantho ipsius Gal.

*IN ELECTARIUM DE  
 de succo rosarum.*

**E**LECTARII de succo rosarum in officinis vsitati sub nomine Nicolai, legitimus auctor est <sup>b</sup> Nicolaus Alexandrinus vetustior. à quo reliqui Nicolai illud transcribere. cuius parandi modum quem affert Ioubertus in sua Pharmacopœia, quòd is nobis artem præ cæteris

<sup>b</sup>  
 Cap. 309.

ris obferuare videatur, hîc subijcere non pige-  
bit. quamquam in pondere Scāmonij, in quo  
à Nicolao recedere voluit, ei astipulandum mi-  
nimè censemus. Accipe succi rosarum rubearū  
ex arte depurati librā vnā vncias quatuor. in cu-  
ius parua portione dissoluatur seorsim <sup>a</sup> Scam-  
monij optimi vncia vna & semis. reliquus au-  
tem succus, cum sachari albi libra vna & vncijs  
quatuor, coquatūr lento igne ad consistentiā  
electarij crassiolem. tuncq; ab igne semotum  
& calidum adhuc existens, sensim Scammonio  
seorsim in suo vase dissoluto immittatur: ac  
subinde agitentur quousq; exactè permiscean-  
tur. sub finem verò, tepido iam existenti inf-  
perge sequentia in tenuem puluerem redacta:  
trium sandalorum anā drachmas sex, rosarum  
rubrarum ( loco spodij ) drachmas sex, caphū-  
ræ scrupulum semis. et commisceantur om-  
nia probè.

<sup>a</sup>  
Vel Scāmonij præ-  
parati, nempe, pom-  
cocti.

Caphuram in hoc electario, vt & in omni-  
bùs alijs medicamentis ore assumendis, nō om-  
ninò rejiciendam censemus: vt nonnulli viri  
docti volunt, nos vera caphura carere pu-  
tantes. Quod si ita esset, libenter illis subscri-  
beremus. Sed cum ipsissima Arabum caphu-  
ra ad nos ex India asportetur, non est quòd  
con-

## HISPAL. PHARM. RECOG.

contra auctorum, quos sequi profitemur, mentem, eam in suis descriptionibus omittamus: eam (inquam) quæ ab India affertur, rudis & ignem non experta, nec sublimata. quoniam verò caphuræ odor infestus maximè aliquibus esse solet, ingratasq; reddit confectiones, aliorum odoratorum in eis suaueolentiam eneruans, dosim eius in medicamentis ore assumendis minuere non recusauimus cum nonnullis viris doctis. Sed ita vt in electarijs dimidium, in pulueribus verò quartam partem dosis eius in auctorum descriptionibus repertæ retineamus.

## IN BENEDICTAM.

**Q**VAMVIS nomine auspicato videatur electarium hoc sese cõmendare: Nos tamè de eius bono omine maximè dubitare coguntur formularum eius apud auctores varietas, tum etiam simplicium hinc ingredientium difficultas & adulteratio. varietatem à prioribus eius auctoribus exorsam testari videtur Nicolaus Myreps. quatuor eius descriptiones<sup>a</sup> afferens: à quibus Salernitani suam in suo Nicolao

<sup>a</sup>  
Sec. I. antid. 447.  
507. 508, et 509.

lao colligentes, aliam etiam variam adducunt. Quam nouissimus Nicolaus Præpositus mutatus, nihilominus in esula ab eis dissentit, ab hoc electario illam rejiciens: & pro eo quod Salernitani habent, sc. lini spermatis, petroselini: inquit: Selini spermatis. difficultatem & adulterium in simplicibus arguunt dissidia atque lites inter iuniores, quod sit verum turbith, quæ vera esula, an veris hermodactylis careamus: vt interim amomum & cardamomum omittamus, quoniam etiam si vera desiderentur, non multum referat eorum antibalomenis vti. Quibus de causis nihil mirum est, cur etiam iuniores Pharmacopœarum scriptores adeò inter se in hoc medicamento varient, vt vix vnus cum alio consentire videatur: alijs Salernitanorum, alijs Præpositi descriptionem secutis: alijs verò neutra descriptione contentis, pro suo arbitrio simplicia quædam immutantibus, & circa doses etiam variantibus. Sed ex omnibus quas ipsi afferunt huius electarij formulis, eam nostris Pharmacopœis magis commendandã censemus, quam affert Ioannes Fernelius libro suæ methodi septimo. In qua ille esulam, perinde ac Præpositus & plerique etiam doctio-

<sup>a</sup> Rectè Mathiolus opinatur Arabum Alsebram seu Scebram minus esse quæ officinis dicitur. Esula minor, & à Diosc. dicitur Tithymalus cyparissias: Alsebrã verò maius esse plantam à Græcis dictam pityusam.



rum auctorum, rejicit. Quos nos etiam imitari vel ea ratione oporteret, quòd quæ in communi, su est nostrarum officinarum nihil aliud sic quàm rithymali characiæ radix. ex reliquis verò simplicibus aliqua omisit, alia eorum loco substituens. quibus pro sua singulari prudentia & integerrimo iudicio, comodius reddit medicamentum, vt ore etiam tutò assumi possit. eius autem formula talis est. Recipe turbith drachmas decem. dacridij, hermodactilorum, <sup>a</sup> rosarum rubearum drachmas quinque. caryophilorum, zinziberis, radicum saxifragæ, seminis apij, salis gemmei, <sup>b</sup> galangæ, macis, carui, fceniculi, acinorum asparagi, & rusci, seminis milij solis, quatuor seminum frigidorum maiorum, glycyrrhizæ, anà drachmam vnã. mellis optimi despumati libram vnã & semis. conficiantur ex arte.

<sup>a</sup>  
Exunguium.

<sup>b</sup>  
Minoris, scilicet.

IN HIERAM

Logadij.

HIE-

**H**IERAlogadij in officinis vsitata desump-  
ta est à<sup>a</sup> Nicolao Alexád. vetustiori. cuius  
cōpositionis decimá partē transcribere Saler-  
nitani in suo ficto Nicolao. Idq; ob arithmeti-  
cæ imperitiam non minus depravatè quàm in  
multis alijs compositionibus, quarum descrip-  
tiones non integrarum quidem, sed aliquo-  
tá earū partē decerpere eis libuit. Errata autē,  
quæ in descriptione hac deprehendimus sunt:  
primum in dosi euphorbij, polij, & coccog-  
nidij: vbi pro decima parte drachmarum sep-  
tendecim, quæ in Nicolao Alexandrino repe-  
riuntur, habent ipsi drachmam vnā & semis  
grana sex: cum, numerando iuxta eorum sup-  
putationem, pro singulis drachmis grana sexa-  
ginta, deberent dicere, drachmam vnā &  
semis grana duodecim. Re vera tamen nume-  
rando pro singulis drachmis grana septuagin-  
ta duo, sunt drachma vnā & semis grana qua-  
tuordecim cū duabus quintis. Similiter in dosi  
absynthij & mirrhæ dicunt, anà drachmā vnā  
& grana duodecim, pro decima parte drachma-  
rū duodecim, numerantes suo more in singulis  
drachmis grana sexaginta: cū numerādo grana  
septuaginta duo (vt debent numerari) dicendū

sit potius, anà drachmã vnam grana quatuordecim cum duabus quintis. Sed in dosi aloës & cæterorum vsq; ad prassium maius extat mendũ, substitutis scrupulo vno & granis quatuordecim, pro decima parte drachmarum vndecim. vt habetur in Nicolao Alexandrino. In quo tamen nos cum alijs credimus legisse eos, & benè quidem ( vt inferius dicemus ) non drachmas vndecim, sed drachmas nouem: & erratum hïc non esse eorum, nisi potius librariorum, qui pro eo quod illi scripserant, anà scrupulos duos & grana quatuordecim, habent scrupulum vnum & grana quatuordecim. Sed nihilominus quoniam eo modo numerantur in singulis drachmis grana sexaginta, cum potius deberent numerari septuaginta duo: dicendum illis erat, anà scrupulos duos grana sexdecim cum quatuor quintis. et demum in dosi quoque ellebori albi & nigri, peccant suo more, substituentes grana sex pro decima parte vnius drachmæ, cum potius decima drachmæ pars sit grana septem cum vnà quinta. At enim quoniam hæc Salernitanorum descriptio eo quo exposuimus modo castigata ob minutas granorum in suas partes diuisio-

uifio-

uisiones difficilem ac tædiosam reddit hanc  
compositionem: idcirco nos non decimam  
descriptionis Nicolai partem, vt illi, nisi sex  
tam tantum mutantes, faciliorem multo  
in eum qui sequitur modum proponimus.

Accipe trochiscorum alhandal ( pro colo-  
cynthidis interioris ) polipodij quercini, a-  
nà drachmas tres scrupulum vnum. euphor-  
bij, polij mōtani, <sup>a</sup> coccognidij, anà drachmas  
duas scrupulos duos & semis. comarū absyn-  
thij ( Pontici, scilicet ) myrrhæ, anà drachmas  
duas. comarum <sup>b</sup> centaurij, agarici, am-  
moniaci thymiamatis ( videlicet optimi &  
selecti ) folij, scillæ assæ, spicæ nardi, da-  
crydij, anà drachmam vnam scrupulos duos.  
aloës, corymborum seu capitulorum thy-  
mi, cassiæ lignæ ( idest, cannellæ ) coma-  
rum chamedryos, Ammoniaci ( loco bdel-  
lij ) foliorum marrubij, anà <sup>c</sup> drachmam  
vnam & semis. cinamomi ( nempè, can-  
nellæ optimæ ) oppoponacis, castorei, ra-  
dicum aristolochiæ longæ, ( aut si desit rotundæ )  
piperis albi, piperis longi, & piperis nigri,  
croci, sagapeni, seminum <sup>d</sup> petroselini, a-  
nà scrupulos duos & semissem. corticum ra-

<sup>a</sup> Hoc est, seminis thymæ  
meleæ.

<sup>b</sup> Minoris, scilicet.

<sup>c</sup> Drachma vna cum dis-  
midia est sexta pars dra-  
chmarum nouem, vt les-  
gendum cum alijs viris  
doctis cōsemus in Nic.  
Alexādr. non autē dra-  
chmas vndecim, vt in  
vulgatis eius codicibus  
habetur: idq; eadē cōie-  
ctura ducti quæ illos ad  
id credēdū mouit, quod  
nimirū in hac cōpositio-  
ne auctor à maioribus  
pōderibus exordies sem-  
per minuēdo progrediz-  
tur. Cui etiā adde quod  
in Græcis numeris facie-  
lis foret lapsus ab ἑννέα  
ad ἑνδεκά.

<sup>d</sup> Macedonici, scilicet. cuius  
magna copia apud  
nos reperitur.

<sup>a</sup>  
 Ellebori albi magna copia est in multis Hispaniae locis. Niger autem legitimus, ut à Diosc. describitur, minimè in Hispania cis Pyreneos montes reperitur. Quomam verò Galen. utriq; eandem facultatem tribuit li. 6. de med. simpli. fac. de utroq; simul agens: & nihil referre dicit albo an nigro uti, libr. de comp. Phar. sec. lo. 1. c. 2. licebit hoc quidem electario ellebori nigri loco album substitui. Quòd si ex Italia, vel etiam propius ex Pyreneis montibus, ubi maximè abundat, elleborus niger afferatur, Pharmacopolarum nostrorum diligentiam laudabimus.

ut contra eorum ignaviam atque ignorantiam damnamus, qui hactenus pro veratro nigro clematidis alterius, herbariorum vulgò dictæ flâmule, & hisp. la yerua mormenta vel mormera, radice utebantur. Quum tamen illis æquè ad manum sint duæ aliæ plantæ, quæ ut elleboro congenere, ita à multis ellebori nigri loco, veri ac legitimi penuria vel etiam ignorantia, usurpari solent. nempe, una quæ Dodonæus non rectè contendit esse bupthalmum, & verisimilius Matthiol. existimat esse cõsiliginem Columellæ & Plinij, aut saltim pseudo elleborum, alij verò helleborinè, alij sesamoidè minorem, Pena verò & Lobel leuissima quidem coniectura elleborum ferulaceum Theophrasti esse credunt. altera verò quæ Hisp. appellatur ab aliquibus harnoual, & ab alijs la yerua del lobado: atque à Dodonæo & multis alijs inter ellebori nigri species censetur: ab alijs verò helleboraster & consiligo esse putatur. Quibus quidem plantis aliorum exemplo, minoriq; culpa, legitimi ellebori nigri defectu uti possent.

<sup>b</sup> Lib. 7. method. c. 11. & li. 6. de san. tu. c. 10. & lib. de sang. mis. c. 18. et lib. 2. de comp. Phar. sec. lo. c. 1. et li. 8. eiusdem. c. 2. & 3.

dicum<sup>a</sup> ellebori albi & nigri anà scrupulum semis. mellis optimi despumati quod sufficiat: sufficient verò libræ duæ ferè. Gumi vino odoro solvuntur: cribrantur: melle subiguntur. alia tenuissimè teruntur, vnaquæque ex arte. cribrata autem mistaq; omnia paulatim melli fermè frigido miscentur exactè.

### IN PULVERES SEV species Hieræ simplicis Galeni.

**E**X OMNIBVS DESCRIPTIO-  
 nibus Hieræ, quas diuersis in locis affert Galenus,<sup>b</sup> optima eiusdem iudicio est, atq; ideò à nobis selecta ut nostris Pharmacopœis proponeretur, quam ipse libro secundo de

de <sup>a</sup> comp. Pharm. sec. lo. adducit. cuius pul-  
 ueres in eum qui sequitur modum parabun-  
 tur. Aloës optimæ drachmæ nonaginta, cin-  
 namomi (videlicet, optimæ canelæ) ligni alo-  
 ës ( loco xylobalsami ) radicum asari, spi-  
 cæ nardi, Mastiches albæ & optimæ,  
 anà drachmæ sex. croci optimi  
 drachmæ quinque. Te-  
 nuissimè trita & cri-  
 brata miscean-  
 tur.

<sup>a</sup>  
 Cap. primo.



*DE MASSAE PILLVLA-  
 rum conformatione.*

SEVERIVS fortassis quàm par erat haec-  
 nus in nostros Pharmacopolas animaduer-  
 sum fuisse iudicabunt illi qui palpum eis ob-  
 trudere sunt soliti: & nos culpandos potius  
 existimabunt, quòd tam nudè eorù errores  
 detegerimus, nihilq; in eis laude dignum to-  
 to hoc opere sit commédatum. In quorum  
 gratiam ( omnibus enim debitores sumus )  
 libet modò illorù vsum laudare, qui pillularù  
 offas seu magdalias, quas earù auctores aqua  
 vel

vel succis lentore vlllo carentibus comprehen-  
dere præcipiunt, non vsquequaque ex illorũ  
præcepto parant: sed ab alijs perdoctis viris  
admoniti, et experientia edocti, eiusmodi li-  
quores aut succos melli commistos proximè  
ad syrupi crassitudinem, & interdum etiã ad  
crassiorem consistentiam percoquunt, quo  
ipsarum pillularum magdalias excipiunt ac  
conformant. Quamquam verò contra hoc a-  
lij argutulè obijcere contendunt, ex mellis  
aut sacchari additione pillularum quantita-  
tem acrescere, viresq; imminui: Re vera ta-  
men vt omnia pillularum simplicia in mas-  
sam iuncta aptius cohæreant, nec tempore ex-  
siccata massula dehiscat, simpliciumq; expire-  
tur facultas, humorem postulant lentum &  
glutinofum quo conformentur. atque rectè  
quidem docti quidam viri auctores ipsos qui  
eiusmodi pillularum massas præfatis liquori-  
bus aut succis lentoris expertibus formandas  
imperarunt, amicè interpretatur, in vsum præ-  
sentè eas pillulas cõponi: secusq; præceptu-  
ros si diutius illæ esset asseruadæ. Quoniã ve-  
rò & in hoc grauius etiã peccare cõtingeret, si  
in omnibus, & minus cautè quàm par est, hæc  
mel-

mellis aut sacchari cū tenuibus liquoribus aut succis mistura fieret: vbi & quomodo hoc faciē dum sit exponere non pigebit. Si enim pleraq; in pillularum compositione ingredientia simplicia fuerint lachrymæ, vel gummi, aut succi lenti & glutinosi (vt sagapenum, ammoniacū, tragacanthum, gummi arabicum, & aloës etiā ac Scammonium si dissoluenda sint) nihil sane opus erit, mel aut saccharum eis immiscere liquoribus aut succis tenuibus, quibus auctores ea excipere imperauerint. Siquidem quouis liquore ea cum reliquis cogi satis poterunt. cuius modi pillulæ sunt mastichinæ, è fumaria, ex hermodactylis maiores, sine quibus, & aliæ similes. In alijs verò (cuius modi sunt pillulæ Rhabarbari, aureæ, coccia, fætida, & artetica) rectè quidem additur succo puro ab auctore præscripto mellis pars tertia. et percoquentur ad tertiæ ipsius succi partis consumptionem. ex quo assumetur quod satis sit ad excipiendos omnes pulueres, & vt ad consistentiam pillulis idoneam redigantur.



IN PILLVLAS

Mastichinas.

<sup>a</sup>  
 Quas affert ipse  
 in suis additionibus  
 in Mesuem, tr. de æ-  
 gritud. memb. nutr.  
 c. de indig. stoma.  
 in fine. et similiter  
 Franciscus de pede  
 Mont. in suis addi-  
 tionibus in Mes. tra.  
 de ægritud. stoma.  
 c. 19. & 21. in fine.

<sup>b</sup>  
 Lib. sue meth. 7.

**P**ILLVLAE mastichinæ, quæ in officinis  
 parari solent, sunt ex. <sup>a</sup> Petri Aponensis,  
 conciliatoris dicti, descriptione. Nos tamen  
 nostris officinis parandam potius ducimus,  
 quæ à <sup>b</sup> Fernelio adducitur in eum qui sequitur  
 modum: Recipe mastiches. vncias duas. aloës  
 optimæ vncias quatuor. agarici trochis-  
 cati, pulueris hieræ simplicis, anà  
 vnciam vnam & semis. cum  
 vino optimo cogan-  
 tur in massam.

IN PILLVLAS

Aureas.

<sup>c</sup>  
 Cap. 807.

<sup>d</sup>  
 Sect. 32. c. 97.

**H**ARVM pillularum auctor primus est ex  
 Pharmacopœarum scriptoribus <sup>c</sup> Nicolaus  
 Alexandrinus. cuius dimidiam formulam trá-  
 scripsit <sup>d</sup> Nicolaus Myrepsus, addens in ea tan-  
 tum hieræ picræ drachmam vnam. Salernita-  
 ni verò eiusdem Nicolai vetustioris formulam  
 similiter dimidiantes, hieram picram myrep si  
 omi-

omifere: sed mastiches drachmam vnam ei ad-  
 diderunt. Noviffimus autem Nicolaus Præ-  
 pofitus ipforum Salernitanorum, quos fequi-  
 tus eft, descriptionem fubftituit: præterquàm  
 quòd in mastiches pondere dimidiam addit  
 drachmam. Quocircà cum non multum re-  
 ferat mastiches hîc pondus addere aut mi-  
 nuere: vtramuis descriptionem, vel Saler-  
 nitanorum, vel Præpofiti rectè teneri poffe  
 cenfemus. Quòd fi quis earum optionem  
 defideret, Præpofiti quidem formulam ma-  
 gis probaremus, quoniam ex maiori  
 mastiches dofi magis correctum  
 & benignius redditur  
 ipfum medicamen-  
 tum.

*IN PILLVLAS E*  
*Nitro.*

**P**ILLVLARVM E NITRO  
 auctor eft <sup>a</sup> Alexander Trallianus. quas Ni-  
 colaus quoque Alexandrinus vetuftior <sup>b</sup> af-  
 fert fub nomine pillularum Alexandrinarum.

Lib. I. c. 28.

b

Cap. 796.

S 2 nec

nec in aliquo ab Alexandro variat, quàm in totius compositionis pondere, eius descriptionis quartam partem mutuans : et quod Alexander dicit comeos, scribit ille ameos. Sed<sup>a</sup> Mesues has etiam pillulas ex ipso Alexandro referens, loco ameos seu comeos, subdit<sup>b</sup> gummi: & nitrì (quod appellat baurach) dosim dimidiat: euphorbij verò dosis quartam tantum partem assumit. At enim cum tria ex præcipuis medicamentis quibus hæ constant pillulæ apud nos desiderantur: nimirum, elleborus niger, nitrû & bdellium: non immeritò de eis ambigi posset vtrum nostris officinis sint admittendæ, an potius ab eis rejiciendæ. verum cum nonnullos ex doctioribus nostrorum medicorum eis libèter vti intelligamus, earum formulam hîc proponentes, succedanea eorum quæ desiderantur subjiciemus. Accipe aloës optimæ, dacrydij (pro Scammonio) trochiscorum Alhandal (pro colocynthide) Ammoniâ optimi (loco bdellij) ammeos, nitrì veri (aut eius loco salis gemmei) corticum radicum<sup>c</sup> ellebori albi præparatarum (loco ellebori nigri) anà drachmam vnam. euphorbij drachmas duas. succi brasicæ quantum sufficiat excipiendis pulueribus in catapotiorum massam. Porro nos harum pillu-

<sup>a</sup>  
*Tract. de aegritud. capitis. c. de epilep.*

<sup>b</sup>  
*Brassauolus nō ineptè coniectat librariorum culpa legi in Mesue, gummi, pro ammi.*

<sup>c</sup>  
*Aut radicem pseu-  
 doellebori nigri, vel  
 elleborinæ.*

Iularum loco potius quidē reciperemus, quas adducit <sup>a</sup> Brasavolus ex <sup>b</sup> Galeno, à Nicolao Leonicensio de sex rebus vocatas: quæ recipiunt: aloës, Scāmonij, colocythidis, Agarici, Bdelij, gummi arabici, singulorum partes æquales.

<sup>a</sup> In suo exā. cat. tp. in exam. pil. Alex.

<sup>b</sup> Libr. 5. method. cap. 14.

## DE MEDICAMENTIS

*exterius admouendis.*

Cap. 3.

ULTIMO iam nobis expendenda relinquuntur medicamenta, quæ exterius adhibentur: nempe, olea vnguenta, & emplastra. Ac principio quidem non possumus non damnare nostrorum Pharmacopolarum sollicitudinem, qui cum facillimo negotio sibi comparare possent omphacinum oleum, in omnes qui in officinis frequentissimè occurrunt vsus: eius succedaneis uti non erubescunt, perinde ac si ex vltima India asportandæ illis essent oliuæ immaturæ. Pu deat itaque posthac Hispalensem Pharmacopœum alium quàm verum omphacinum oleum in suis officinis habere, ut quæ ex eo paranda sint olea ex arte concinentur. desinantq; iam nobis obtrudere ex <sup>c</sup> Galeno Hispanum oleum

<sup>c</sup> Lib. 11. method. c. 15. & li. 12. eiusdē c. 3. li. item 2. de cō pos. med. per gen. c. 13. & alijs in locis.

a  
 Lib. de simpli. me-  
 dic. fac. 6. c. de oleo.  
 & li. 1. de comp. me-  
 dic. per gen. c. 4. et  
 12. & li. eiusdem  
 3. c. 2. & li. 8. me-  
 th. c. 2. & li. eiusdē.  
 11. c. 16. & li. 12.  
 6. 3. et. lib. 13. c. 15.

pro omphacino posse usurpari. cum<sup>r</sup> eodem teste adstringens esset illud quod ex Iberia Galeni ævo asportabatur, Hispanicum dictum: & hac ratione loco omphacini illud substitui posse dixerat Galenus, ut & oleum cui teneri oliuarum surculi contusi essent commisti. Quo circa cum oleum nostrum nullam omninò præ se ferat adstrictionem, Galeni ipsius iudicio minimè pro omphacino usurpari debet. Alium etiam non minus communem in nostris officinis deprehendimus errorem, circa olei genera, quæ impressione parari solent: ut interim olea, quæ expressione parantur omittamus: quæ omnia plerique è nostris Pharmacopolis ab aromatopolis rancida & adulterata emere solent. At olei ea quæ impressione facta dicuntur genera, nullus ferè est ex nostris Pharmacopœis, cui iuxta auctorum præscripta parentur: nisi ea potius quæ incompleta vocata ex simplici rerum maceratione, utcumque à mulierculis confici solent. Nec verò hac in parte, ut in syruporum compositione ab arte recessisse causari possunt, ob ægrorum delicatos gustus: sed ut operam & sumptus fugiant, vana dumtaxat maceratione & decoctione con-

ten-

tenti, olei genera in suis officinis prostituunt, quæ nihil præter commune oleum colore, odore, & sapore etiam referunt. Eos itaque obtestamur ne ab arte ac auctorum præscripto in huiusmodi oleorum cõpositionibus recedant: et quòd labori et expensis minimè parcentes, ea non ex suis inscriptionibus cognoscenda, sed naribus potius disiudicanda conficiant: vt singula naribus admota simplicium ex quibus conficiuntur, vim ac naturam odore referentia, qualia sint, ac dici debeant dignosciqueant.

I N O L E V M  
Rosaceum.

**E**O HOMINVM SOCORDIA & auaricia progressa est, vt vel ad salutem omnium humanarum rerum præciosissimam non iam quæratum tantum quod præstantius ad eam conservandam aut recuperandam esse possit, sed quod facilius minoriq̃ue artificio ac sumptu possit parari: magisq̃ue Pharmacopœorũ rei quàm ægrotorum vtilitati cõsulore

urgeamur. Vndè quum Pharmacopœi ipsi nobis in omnibus potestatem optionemq; non faciant meliora eligendi: ex ijsq; vnum sit oleum rosaceum, quod omnes quotquot nouimus Pharmacopœi numquam clamare cessant minimè posse iuxta Mesuæ normam parari, quin impensis pretium plus etiam quàm duplo excedatur: aliud eis proponemus, quod minori & sumptu & artificio parari possit: ea tamen lege vt prorsus ipsi suum illud simplex oleum, quod à Salernitanorum Nicolao mutuatur, deserant ac abdicent. in quo ipsi à vero Alexandrino Nicolao, à quo illud suum antidotarium præscribere, æquè ac à vera & conuenienti methodo compositionis huius olei variarunt. Quod verò nos eis oleum permittimus, erit huiusmodi: pro rosato completo: Accipe rosarum rubrarum recentium <sup>a</sup> completarum & contusarum libras quatuor. succi rosarum libras duas. macerentur in olei oliuarum maturi aqua nitida sæpius loti, libris decem, in vitreato vase diligenter obturato. et diebus septem insolentur. deinde in vase duplici horis tribus leniter coquantur. post coctionem torquendo exprimantur. expressisq; folijs abiectis, tot nouæ ac recentes similiter tuxæ in oleum

<sup>a</sup>  
Que folia sua explicuere.

leum colatum eodem vase immittantur. quæ  
 rursus, diligenter occluso vase, soli ad mace-  
 randum dierum quadraginta spatium exponan-  
 tur. & postremò in duplici vase modicè co-  
 quatur, <sup>a</sup> quoad succus absorbatur. ac tandem  
 torquendo validè exprimantur. Colatum te-  
 ctum recondatur. Pro rosato verò incomple-  
 to, seu immaturo: Accipe foliorum rosarum  
 rubrarum, recentium, incompletarum, vide-  
 licet, nondum explicatarum, & diu tritarum,  
 libram vnam. in olei omotribeos, seu ompha-  
 cini, salisq; expertis, vel sæpius aqua nitida lo-  
 ti, libris tribus, & succi rosarum libra semis,  
 in vase vitreato diligèter occluso diebus septē  
 soli exponatur. deinde leniter in duplici vase  
 tribus horis coquatur. et exprimatur. Expres-  
 sis abjectis, totidem similiter rosæ nouæ ac re-  
 cètes in abiectarū locum itidē contusæ substi-  
 tuantur. et optimè obturando, diebus qua-  
 draginta insolentur. vltimoq; simili prorsus  
 modò & diligentia, vt in oleo rosato comple-  
 to dictum est, coquantur: exprimantur:

& in vsum, vbi totus in eo succus  
 fuerit absorptus, re-  
 condetur.

<sup>a</sup>  
 Quòd si non omnēs  
 nò absorptū esse suc-  
 cum reperiatur, colatū  
 ipsum oleum sub  
 sole diu detinebitur.  
 donec totus succus e-  
 uanuerit. neq; prius  
 in vsum recondetur.

T IN



## I N O L E V M

*Chamæmelinum.*

E O D E M modo quo rosatū parare docuimus, cōfici hoc & cætera similia poterunt, atq; iisdem etiam seruatis florum & olei ponderibus: Nisi quod tres hîc fient permutaciones nō duæ tantū, vt in oleo rosaceo: et quòd loco succi quē in oleo rosaceo præscripsimus, hîc chamomilæ florum decoctio adjiciatur. At illud hîc annotatione dignū videtur, quod nonnulli ex <sup>a</sup> Paulo & <sup>b</sup> Arctuario colligunt, flores chamæmeli abiectis eius foliolis albis esse hîc assumendos, aliter multò accipiendū, quàm ipsi intelligunt. neq; enim hi auctores foliola illa alba damnant, sed tantum tempus quo ipsi chamæmeli flores sint legendi indicant, quandò ( nimirum ) foliola illa alba ab ipsis florum capitulis decidua fuerint. tunc enim flores ipsi sunt in sua perfecta maturitate ac proprio etiã semine perfecto pregnates.

<sup>a</sup>  
Lib. 7. cap. 20.

<sup>b</sup>  
Lib. 6. meth. c. 10.

## I N O L E V M

*Absynthij.*

Oleum

**O**LEVM ABSYNTHII QVO-  
niam ab incerto auctore, ob idq; variè, pa-  
ratur: quomodo apud omnes nostros Phar-  
macopœos confici debeat proponemus: Ac-  
cipe olei oliuarum maturi loti libras duas &  
semis . cimaram seu summitatum absyn-  
thij pontici libram vnam. decocti eius vncias  
sex. Cōfice eadē methodo; qua vsi fuimus in  
oleo rosato cōpleto, sed cū tribus permutatio-  
nibus, vt in oleo chamæmelino aduertimus.

## I N O L E V M

*Vulpinum.*

**V**VLPINVM oleū licet iuxta Mesuæ des-  
criptionem Pharmacopœi omnes cōfice-  
re profitentur: tamē variè admodū cōcinnāt.  
Quum enim quantitas aquæ & olei, in quo  
vulpem incoqui mandat Mesues, adeò parua  
sit, vt neūquam illa ritè & ad artium ( vt  
oportet) dissolutionem percoqui in ea possit:  
in hoc necessariò ab eo variantes, etiam vul-  
pem ipsam aliter parare & incoquere, quàm  
Mesues præscripserit, non verentur. Quomo-  
do igitur iuxta Mesuæ, quoad fieri possit, mē

<sup>a</sup>  
Per vindemiam vis  
nutrita.

tem, ac ex arte parari hoc possit oleum, hic nostris Pharmacopœis proponemus: vulpes mediæ ætatis, & <sup>a</sup> pinguis, venatu longa que insectatione defatigata, recens macerata, exarterata, ac minutim vna cum pelle concisa, confractis etiam ossibus, coquatur in aquæ fontanæ & marinæ, seu falsæ, anà libris sex, quoad libræ quatuor supersint. deinde adde olei veteris clari libras quinque, salis vncias tres. comarum thimi, & anethi, anà libram vnam. percoquantur lento igne vsque ad aquæ consumptionem, & artuum dissolutionem. tum ei affundantur decocti parati ex aqua dulci (in qua decoxerint ad tertias, thimi, & anethi, anà manipulus vnus) circiter libræ octo. Recoquantur, donec, aqua prorsus consumpta, vulpis partes exactè separatæ sint, & omnia sint colliquata præter ossa. Et tandem velociter extorquendo, dum adhuc calet, exprimatur. expressumque ad vsum seruetur.

IN VNGVENTVM

*Album.*

NON

**N**ON erubescimus nos hîc adeò triuiale vnguētum in examen afferre, quum nostros Pharmacopœos non pudeat illud ex oleo cōmuni parare: leuissîma excufatione se tuentes, quòd cum rosaceo oleo paratū minime reddatur albū. At ne nos morosos in omnibus causētur, illis cōdonemus ne illud oleo rosaceo omphacino conficiāt, vt ex arte parari deberet: sed rosaceo saltē completo cōcinent. Ita enim & minori expensā parabitur, & minus ex albedine remittet.

## I N V N G V E N T V M

*Diapompholygos.*

**V**NGVENTVM hoc nomine vnguenti de tuthia parāt omnes nostri Pharmacopœi, iuxta <sup>a</sup> Guidonis descriptionem. in qua tamen cum æqualibus portionibus præscribantur oleum rosaceum & cera: nimis durū euaderet ipsum vnguentum, ac magis cerotū quàm vnguentū dici mereretur. Quocirca loco eius quod in Guidonis formula dicitur, olei rosacci & ceræ albæ anà vncias quinque: substituere oportebit: olei rosacci vncias septem, ceræ albæ vncias tres.

<sup>a</sup>  
Tr. 2. do. 1. c. 5. de  
postem. cācroso. et  
tr. 7. doc. 1. c. 6.  
de medic. cicatrix  
tibus.

## IN EMPLASTRUM

*contra rupturam.*

<sup>a</sup>  
 Primã tr. 6. do. 2.  
 c. 7. Secundam ve-  
 rò tr. 7. doc. 2. c. 7.  
 et in chirurgia par-  
 va, doc. 2. c. vlti-  
 mo.

EX varijs huius emplastri descriptionibus, quas varij auctores adducunt, duæ illæ quas <sup>a</sup> Guido affert à plerisq; iuniorum aucto- rum, qui dispensaria scripsere, præferri solent. Ex quibus vnã construit Ioubertus in sua Pharmacopœia, quam nos quidem minimè damnamus. Sed quoniã propositum nostrũ hîc est aucto- rum descriptiones minimè varia- re, nisi vbi tantum cum componendi arte pugnent quæ ab ipsis præcepta fuerint: prio- rem illam huius emplastri formulam, quæ à Guidone affertur, & in vsu magis recepta est, hîc proponemus, in eo duntaxat correctam, in quo ars ipsa castigationem in ea deside- rat: nempe, quo huius emplastri consisten- tia & ( vt appellant ) ligatio emendetur. Si- quidem experimento compertum est, & à plerisque doctis viris animaduersum, ob ce- ræ vel olei defectum, aut picis & terebenthi- næ parvam dosim, nimis friabile hoc euade- re emplastrum, neque benè extendi, & par-

ti vt oportet adhærescere posse. Eius itaque formula huiusmodi erit: Accipe glutinis à pelle arietina, vel potius agnina, expressi libram semissem. picis navalis, & colophonix anà vncias quinque. terebenthinæ vncias septem. boliarmeniæ, sanguinis draconis, gypsi, turis, sarcocolæ, aloës, pissasphalti ( loco mumix veræ ) radicum aristolochiæ, centaurij <sup>a</sup> minoris, radicum consolidæ maioris & minoris, sumach, berberis, nucum cupressi, gallarum, <sup>b</sup> sidij seu malicorij, vermium terrestrium, anà vncias duas. glutinis piscium, visci quercini, anà vnciam vnam & semis. litargyrii aurei, ammoniaci, opoponacis, galbani, bdellij veri ( aut loco eius sagapeni ) mastiches, <sup>c</sup> sanguinis humani ( aut loco eius suilli ) <sup>d</sup> exsiccati & in puluerem reducti, anà vnciam vnam.

Pellem arietinam iunioris animalis cum rota lana succida recens excoriatam accipere convenit: eamque in minutissimas partes secare. & in aquæ pluuiialis & aceti quantitate sufficienti diutissimè coquere, donec penitus dissoluta & colliquata fuerit. tum totum decoctum calidum intorqueatur, & co-

<sup>a</sup>  
In codice Guidonis legitur depravatè, librariorum culpa, centaureæ vtriusq; consolidæ, &c. cum legendum illic potius sit, cætaureæ, vtriusq; consolidæ, &c. per vtrâq; consolidam intelligendo maiorem & minorem: vt ex altera huius emplastris formula aperte constat, quâ ipse affert locis a me antea citatis ex tr. 7. & chirurgia parva.

<sup>b</sup>  
Sidium, Barbaris psidia, officinis cortex granati, lat. malicorum.

<sup>c</sup>  
Hominis sani.

<sup>d</sup>  
In furno modicè calido.

<sup>a</sup> Alij lumbricos ter-  
restres primò lotioni-  
bus pluribus in aqua,  
deinde in vino lauant,  
& clibano modicè ca-  
lido desiccant. Nos ve-  
rò cum Iouberto & a-  
lijs, eos ex vino coctos  
cribro trajici satius  
ducimus: tum ut pul-  
uerum quantitas sit  
minor, tum etiam quo-  
niam hoc modo para-  
ti commodiores sint  
ad emplastri consisten-  
tiã. At enim postquã  
cribro traiecta fue-  
rint, oportebit eos cli-  
bano modicè calido  
exsiccati, ne ex nimio  
eorum humore situm  
contrahat emplastrũ  
& corruptioni obno-  
xium reddatur.

<sup>b</sup>

Vel spat' o horarum  
sex, super cineribus  
calidis.

<sup>c</sup>

Igni lento ea iugiter  
movendo, dum acetũ  
exhalarit.

<sup>d</sup>

Modicè calida exis-  
tentia.

lo trajiciatur. Expressum verò rursus igni  
lento redditum tandiu coquatur, donec pe-  
nè tota aqua evanescente in gelatinæ mo-  
dum condensatum fuerit, & liquidioris glu-  
tinis aut bituminis consistentiam acquisie-  
rit. Atq; in eiusmodi glutinis tepidi libra se-  
misse liquantur igni quoq; lento glutè pisciũ  
& viscũ quercinum præparatum. quibus ad-  
datur<sup>a</sup> lùbrici separatim ex vino cocti & cri-  
bro trásmissi. Scorsim ité gũmi ammoniacũ,  
opoponax, galbanũ, & sagapenũ, à sordibus  
mundata, & non nihil tusa in aceto acerrimo  
per<sup>b</sup> nocte maceretur. Deinde léto igni expo-  
sita rude agitetur, dú liquecãt. liquata, cola-  
ta, &<sup>c</sup> parũ ad létore percocta cũ præfatis glu-  
tinibus cõiungantur. Hisq; exactè permistis  
addantur<sup>d</sup> pix, colophonia, & terebèthina si-  
mul, postquã seorsum lento igni liquata & co-  
lata fuerint, omniaq; eodẽ igne spatula iugiter  
ducatur dum nõ nihil spissata exactè vniatur.  
Quibus deinde indantur pulveres litargyrij  
præparati, gypsi, & boli armenici aqua rosa-  
cea vel plantaginis loti. Hisq; probè mistis &  
tepidis tantum, inspergatur tenuissimè pul-  
verizata, pissasphaltum, sarcocolla, mastix,  
san-

sanguis draconis, aloës, & tus. Atque omnia ad lentum ignem multum agitata strenuè commisceantur. Et vltimò igne substracto, <sup>a</sup> reliqua in tenuissimum similiter pulverem redacta eis addantur. Tandemq; cunctis simul cum spatula assiduè agitata diu subigantur, vr exactior fiat omnium permistio, & quæ dici solet incorporatio. fiatq; pasta: quæ supra marmor oleo lentiscino vel myrtino inunctum, & manibus similiter inunctis, diu multumq; maceretur, vt emplastrum magis reddatur viscidum.

<sup>a</sup>  
Omnia, quæ teri possunt in hoc emplastro in pulverem tenuissimum levigari oportet.

## IN EMPLASTRA

*Diachylon magnum &*

*parvum.*

**P**AVCISSIMI SVNT EX NOSTRIS Pharmacopœis, qui hæc emplastra ritè, & iuxta Mesuæ descriptionem concinent. Siquidem plerique illorum mucagines oleo incoquunt, vel potius comburunt: exindè verò in ipso oleo lithargyrium coquunt. Qui verò ex eis peritiores putantur, partem quandam mucaginum oleo incoquunt, & reliquã postea eorum partem in oleo

&



& lithargyrio consumunt. Quum nullatenus rectè atq; ex arte cõfici hæc emplastra queãt, nisi in lithargyrio cum oleo prius præparato & cocto mucagines totæ absumantur. Quomodo autè hæc fieri oporteat, cum latè expo fuerit Ioannes Duboys egregius sanè apud Parisienses Pharmacopœus, superuacaneum censemus hîc referre. Atq; hunc nos auctorè nostris Pharmacopœis cõmendamus, vt in reliquorum etiã, quæ exterius adhibentur, medicamentorũ compositionis methodo, sibi consulendũ ac imitandũ proponant. quippe quem cæteris, qui de hoc argumento scripsere, exactius illã tradidisse, & fælicius absoluisse arbitremur. Nos verò interim huic Pharmacopoliõrũ nostratium recognitioni finem imponemus: hoc vno operæ studijq; nostri expedito ac postulato à lectoribus pretio, vt quodcunq; erit quod præstiterimus æqui boniq; cõsulatur. Quòd si id eis probatum intellexerimus, Pharmacopœiam quam suis omnibus numeris completam paramus, ipsis communicare non gravabimur.

FINIS.

